10. Posteaquam benigno adeo, liberalique hospitio typographiam Hispania recepit; incredibile prorsus est, quot decursu temporis præclaris beneficiis eamdem fuerit prosecuta. Principio Catholici Reges Ferdinandus Aragonius, et Elisabetha Castellana, si verum non est, quod verum esse nonnulli volunt, eorum auspiciis typographiam in civitates Castellanas adscriptam fuisse; decus saltem, quæ res est cuique notissima, et incrementum singulare eidem typographiæ pepererunt. Qui hocce Regum Catholicorum studium in typographia fovenda negare sit ausus, adversarios sibi habiturus est historicos Hispanos omnes, quorum est incredibilis, atque constans in eo testando consensio. Summus ipsorum Regum Administer Cardinalis Ximenius, Heros ille præstans, cui pervolutis gentium omnium memoriis neminem ullum conferendum prorsus invenio, ad eam promovendam artem magnificentissime incubuit. Testimonio sunt illa Biblia Complutensia edita anno 1517. in quorum editionem perficiendam quinquaginta, et amplius aureorum millia, nullo quod sciam neque præteritæ, neque præsentis ætatis exemplo, liberalitate incredibili insumpsit. Primus omnium Ximenius formis typographicis Biblia omnia græce vulgavit. Hispania, Complutumque, ubi editio adornata fuit, hanc sibi gloriam vindicant, ut optime cum aliis observavit Chevilierius part. 1. cap. 5.

11. Gloriosis Ximenii vestigiis inhærens, vel longe potius ea prætergressus Rex Philippus secundus typographicæ artis studiosissimum ostendit se promotorem. Eadem sacra Biblia polyglotta Complutensibus locupletiora reddere in animo cum haberet, præs-

no. Con estos dos ejemplos de magnífica liberalidad de Felipe II y del Cardenal Jimenez se puede afirmar ciertamente, que la Tipografía recibió una grande honra, y un incremento asombroso: y ¿quién negará que esto sirvió para estimular después á otros príncipes, para que, inflamados por el vehemente deseo de la misma gloria é imitando á aquellos, se atreviesen á promover más y más el arte de la imprenta? ¿Y por qué he de demostrar yo una cosa que todos conocen? La familia de Plantino, la mas celebre de todas las que se dedicaban al arte de la imprenta, por la superioridad de sus tipos, de su papel y demas útiles, ha sido por sí sola un testimonio imperecedero de los honores que mereció por parte de los españoles, que disputaban quién habia de acumular mas sobre aquella misma familia. El Rey de España nombró su impresor á Cristóbal Plantino, honrandole y enriqueciéndole. Ciertamente, se concedió por España á los Plantinianos (lo cual á la verdad muchos acaso más supersticiosos de lo que es justo, no se atreven á aprobar, pareciéndoles que esto favorecia poco a los intereses de España) el que pudiesen solos publicar los libros rituales que eran necesarios en toda España, para recitar el culto divino y cantar las divinas alabanzas. Siendo, pues, innumerables las personas de ámbos sexos adictas á las cosas sagradas, afluian de España inmensas riquezas á Amberes donde residian los Plantinianos. Este es un argumento ménos que bueno. Aunque Plantino, y hé aquí el argumento, por su singular excelencia en el arte fuese digno de honores y riquezas, esto, sin embargo, debió hacerse en España, y de esta manera no afluirian al extranjero tantas y tan considerables riquezas, y al mismo tiempo los preceptos y el ejemplo de Plantino, que no es esto de poca importancia, hubiera estimulado más y más la industria de los españoles en el arte tipográfico. Yo, sin embargo, en esa misma liberalidad, casi increible de los españoles, no hallo sino otra razon más para celebrar en gran manera la aficion que tenían por el arte de la imprenta, y al fin, Bélgica, que era la residencia de los Plantinos, se contaba en el número de las provincias de España, y a la cual no podia de manera alguna negarsele las ventajas y utilidades de su ciudadanía, puesto que tambien estaba dispuesta como todas las demás á soportar las cargas públicas.

---

tantissimis typis Antuerpianis cura Benedicti Ariæ Montani iussit quam splendidissime excudi. His duobus Philippi, et Ximenii magnificis liberalitatis exemplis, certissime statuendum est, honorem typographiam summum, summumque incrementum accepisse: quæ quis neget, viris aliis principibus posteriori tempore exemplo fuisse, ut gloriæ, laudisque desiderio vehementer inflammati, similes ausi sint typographicas moles excitare? Quid autem rem adeo notam pluribus persequar? Una familia Plantiniana inter omnes typographicas princeps ob typorum, chartæ, reliquorumque ornamentorum excellentiam, incredibilem Hispanorum in eadem familia maximis ornamentis cumulanda contentionem, si quid apud homines beneficiorum memoria valet, in æternum prædicabit. Christophorum enim Plantinum Hispanus Rex sibi suum typographum delegit, ac plurimis honoribus, opibusque auxit. Immo, (quod quidem multi æquo superstitiosiores non audent probare, cum videatur illis Hispaniæ commodis parum favere,) Plantinianis ab Hispano concessum fuit, ut ad universæ Hispaniæ usum uni omnium edere possent libros rituales ad rem divinam peragendam, divinasque laudes canendas necessarios. Cum ergo innumerabiles pene sint, tum feminæ, tum viri his sacris addicti, Antuerpiam, ubi Plantiniani consederant, immanes opes ex Hispania confluebant; exemplo, quod dicunt superstitiosi isti, minus bono. Quamvis enim Plantinus, huiusmodi est istorum cavillatio, propter singularem in arte præstantiam, et honoribus, et opibus merito esset ornandus, in Hispaniam potius alliciendus erat; quo et tantarum opum vis in exteros e patria non efflueret, et Plantini præceptis, atque exemplo, quod non exigui momenti commodum erat, Hispanorum industria in arte typographica magis, magisque excitaretur. Perparce nimirum! At ego in tanta Hispanorum liberalitate incredibile in typographiam eorum studium summopere laudo: neque tantam mihi videor Hispanicarum opum iacturam posse merito deflere. Belgium tandem, Plantinianorum sedes, una erat ex Hispaniæ Provinciis, cui minime deneganda erant nationis commoda, atque utilitates, si ad onera, incommodaque ferenda sese paratam præbebat.

SECCION CUARTA.

DEL AMOR QUE LA REAL FAMILIA ESPAÑOLA DE BORBON TENIA Á LA TIPOGRAFÍA.

12. Yo no puedo resistir al deseo ¡oh, Real familia! de celebrar, siquiera sea alguna de las innumerables obras cuya gloria te se debe de derecho, pregonándola todos los españoles. No diré que tú has llevado al gobierno español el mayor brillo de las ciencias; no diré que has perfeccionado la industria de las artes de una manera prodigiosa, ni que has promovido su comercio, ni que has aumentado en gran manera la fuerza del ejército: no diré tampoco que bajo tu imperio fueron formidables las armadas españolas, no sólo por el número sino por la extraordinaria magnitud de las naves. No hablaré, en fin, de tantas otras cosas que redundaron en beneficio de la nacion española, ya en la construccion de puentes y vias militares, levantando magníficos monumentos, construyendo pueblos, ciudades y provincias y otras cosas de suma utilidad para la salud y grandeza de la patria. No pregonaré tan insignes dones de la liberalidad Borbónica. Esta tarea pertenece á los historiadores, quienes sabrán eternizar tan divinos dones. Yo tan sólo celebraré (pues esta alabanza pertenece á mi mision) el que la Real familia Borbónica tomó á su cargo el promover y generalizar la Tipografía española.

13. Don Cárlos de Borbon, á quien nunca llorarán bastante los españoles, porque consagraba todos sus cuidados á la felicidad de sus súbditos, fué el primero que restituyó á los impresores españoles, cuando Bélgica no pertenecia ya á estos dominios, el exclusivo privilegio que Felipe II con singular generosidad habia concedido á los impresores de Amberes. Y con tan insigne beneficio, no sólo creó en España esa inmensa fuerza de riqueza, sino que tambien los españoles más célebres en el arte de la imprenta, con el constante ejercicio, llevaron su industria al último grado de perfeccion.

Bajo el reinado de D. Carlos, sin hacer mencion de otros, dos fueron los impresores que sobresalieron en el arte tipográfico, que son Joaquin Ibarra, y Benito Monfort, á quienes con razon juzgará dignos de ocupar el primer lugar entre los maestros del arte, todo el que haya examinado sus excelentes

---

SECTIO IV.

Regiæ Familiæ Borboniæ Hispanicæ in typographiam studium.

12. Quo loco, minime mihi temperare possum, quin te, Regia Familia Borbonia Hispanica, aliqua saltem ex innumerabilibus, quæ Hispanorum omnium voce iure tibi debentur, laude prosequar. Non te dicam imperio Hispanico scientiarum splendorem attulisse maximum, non artium mirifice exacuisse industriam, non mercaturæ Hispanicæ quæstus promovisse amplissimos, non exercitus Hispanici robur magnis incrementis confirmasse, non Hispanicas classes, et numero, et ingenti magnitudine navium hostibus reddidisse formidandas, non denique tot, tantaque ingentem Hispanicam congessisse beneficia, tot pontibus extructis, tot viis militaribus refectis, tot magnificis ædibus excitatis, tot oppidis, tot urbibus, tot provinciis etiam constitutis, tot, tamque multis aliis commodis ad salutem, ad maiestatem patriæ comparatis : non equidem ego tam insignia, tam egregia, tam præclara Borboniæ liberalitatis munera prædicabo. Est id opus plurimorum, et infinitus historicorum labor, qui tam divina merita in se suscipiant laudibus ornanda. Te dumtaxat commendabo, (namque ea laus maxime ad institutum meum pertinet), quod typographiam Hispanicam promovendam, atque amplificandam pro viribus susceperis.

13. Tu, Carole Borboni, Tu, quem sibi ereptum numquam non lugebunt Hispani, cum illorum commoda maximæ tibi essent curæ, Antuerpianis typographis, quos Philippus II. tanto, et tam singulari beneficio affecerat ablatum, primus omnium privilegium illud ypographis Hispanis, Belgio dudum non Hispanici, sed alius imperii provincia, peramanter restituisti. Quo præclarissimo officio, non modo immensa pecuniæ vis in Hispania constitit, sed etiam Hispani typographi crebriori, diligentiorique exercitatione usi ad summum elegantiæ fastigium artem suam perduxerunt. Sub Caroli regno, typographi

impresiones. Testimonios muy ciertos de esta verdad pueden hallarse en la magnífica edicion de Salustio, que publicó Ibarra, y tambien en la obra del célebre Bayer, titulada: *De nummis Hebræo-samaritanis*, impresa por Monfort. Creyó D. Cárlos que era poco protejer á los impresores de España, y por eso procuró tambien dispensar su favor á los extranjeros; pues habiendo llegado á su noticia por conducto del embajador cerca del Romano Pontífice, D. Nicolás de Azara, cuanta era la importancia de Juan Bautista Bodoni en el arte tipográfico, sin tardanza alguna decretó para tan aventajado artista los honores de impresor de su Real Cámara.

14. Cárlos IV, siguiendo las huellas de tan sábio Rey y cariñoso padre, monarca excelso, del cual puede decirse que no hay palabras para ponderar dignamente sus virtudes, procuró dispensar igual favor y benevolencia al arte por excelencia noble. Y este Rey potentísimo, no sólo procuró sobresalir en el ejercicio de las grandes virtudes que adornaban á su padre, sino que consideró como cosa santa ampliar y ennoblecer este camino que conducia á la ciencia. Pero ¿de qué admirarnos? Ya desde sus primeros años, siendo príncipe de Astúrias (pues así se llama en España al heredero del Trono), su Biblioteca particular era celebrada por los hombres eruditos, tanto por el número cási increible de exquisitos volúmenes, como por la belleza de los tipos, y por los demás ornatos de las ediciones.

15. A Vos, oh gran Rey de los Reyes, D. O. M. árbitro de la paz y de la guerra, sumiso os venero y pido que pongais fin cuanto ántes á una guerra tan grande y pestífera, una vez vencidos y derrotados los enemigos de tu Santa Religion y de toda la humanidad. Restituida por cierto á la Iglesia y á toda la Europa la tranquilidad que se habia alterado, por las infames maquinaciones de hombres perdidos, Cárlos IV, que hace las delicias del pueblo español, y su régia esposa, la más excelente de todas las Reinas, María Luisa de Borbon, ámbos procurarán con su ayuda mirar por las ciencias, por las artes y por la Tipografía que las nutre. Cuyo nuevo aumento de favor y benevo-

---

duo, missos enim facio ceteros, magno quidem opere excelluere, Ioachimus scilicet Ibarra, et Benedictus Monfort, quos principem tenere locum cum primis artis typographicæ magistris, merito iudicabit quisquis egregia eorum opera viderit. Certissimos sane, ac probatissimos testes iudicii sui potest adducere, magnificam nimirum editionem Salustii Ibarrianam, et pulcherrimam illam Monfortensem operis cl. Bayerii *de nummis Hebræo Samaritanis*. Parum habuit Carolus proprios, ac domesticos fovere typographos, sed externis etiam fovendis studuit. Certior namque factus ab suo ad Romanum Pontificem Legato Excell. Equite Celtibero Josepho Nicolao de Azara, quantus, qualisque in arte typographica vir esset Iohannes Baptista Bodonius, sine mora homini præstanti, et industria, summos Regii typographi Hispanici honores decrevit.

14. Sapientissimi Regis, atque amantissimi Patris studia persequens Carolus IV. Rex optimus, de quo nulla tam magnifica, tamque exaggerata, ut meritis par sit, erit oratio, pari favore, benevolentiaque eamdem nobilissimam artem tueri pergit. Non minus sibi suum, propriumque ducit potentissimus Rex, genitorem Regem egregiis, quibus præstitit, virtutibus exprimere, sed etiam sanctum sibi tenet hanc scientiarum viam planiorem, nobilioremque reddere. Sed quid mirum? Iam inde a primis ætatis annis, cum Asturum principatu potiretur, tanto librorum studio tenebatur, ut Principis, (sic Hispani more suo heredem imperii appellant,) bibliotheca privata, tamquam thesaurus a viris eruditis laudaretur, cum ob incredibilem ferme exquisitorum voluminum copiam, tum ob typorum præstantiam, ac reliqua editionis ornamenta.

15. Te Regum Rex summe, D. O. M. pacis, ac belli arbiter, submisse veneror, quæsoque, ut præsenti tanto, tamque pestifero bello, devictis, funditusque profligatis impurissimis Religionis tuæ sanctæ, atque omnis humanitatis hostibus, finem quam primum imponas. Restituta quidem ecclesiæ, atque Europæ universæ tranquillitate per nefarias perditissimorum hominum machinationes penitus turbata, par deliciarum Hispanicæ gentis Carolus IV., eiusque Regia coniux Maria Aloisia Borbonia, Reginarum omnium præstan-

lencia respecto de las letras y las artes, estoy persuadido que no sólo puede desearse sino que debe esperarse en tiempo de paz. Máxime cuando estos sapientísimos Reyes han nombrado su primer Ministro para dirigir los negocios de todo el Gobierno español al Duque de Alcudia, Don Manuel Godoy, cuya antigua nobleza de linaje está más que suficientemente probada por los monumentos de la historia (1), é ilustrada la memoria de su nombre, no sólo por su amor singular y extraordinario á la Religion católica, por su grande talento y pureza de costumbres, sino tambien por su admirable fidelidad para con los Reyes católicos; y finalmente, por su extraordinario amor hácia la nacion Española, cuyos intereses, gloria y majestad siempre procuró tener en su ánimo el esclarecido Duque. ¡Veo ya cercano el dia en que se realizará este vaticinio del alma! Y vosotros, grandes Reyes y Poderosos Soberanos, por vuestras virtudes y vuestra liberalidad habeis de procurar que vuelvan para España aquellos verdaderos siglos de oro de Fernando y de Isabel, cuyos retratos teneis tan vivos delante de vuestros ojos. Ni con ménos seguridad presagia el alma que el Duque de Alcudia, consultando vuestra voluntad soberana, la honra y majestad de la dinastía de Borbon, el nombre de España, su utilidad é incremento en las ciencias y en las artes, habrá tambien de ampliar los honores que mereció la tipografía, con aquel interés y cariño que tuvo siempre el inmortal Jimenez de Cisneros cuando era ministro cerca de los Reyes Católicos; nuestros anales así lo confirman.

(1) Francisco de Rades y Andrada, en la Historia de las órdenes de Caballería de Calatrava y Santiago, cap. 40 y 50, Gonzalo Argote de Molina en su obra *Nobleza de Andalucia*, Felipe Gándara, *Nobiliario, armas y triunphos de Galicia. pág.* 551, y 555, Antonio Cayetano de Sousa en la *Historia* genealógica, tomo 12, parte 1.ª pág. 226 y 683. Javier de Garma y Duran, *Theatro universal de España tomo* 4, y muchos otros que hablan del apellido paterno de Godoy. El apellido materno es muy noble entre los españoles: esto es evidente.

---

tissima, omnino toti ad ornamenta pacis conversi, disciplinis, artibus, ac typographiæ harum nutrici magis, magisque iuvandis, provehendis, et exornandis studebunt. Quod novum benevolentiæ, ac favoris erga literarum studia vigente pace incrementum, non optare tantum, sed sperare debere certo etiam persuasissimum equidem habeo; præsertim cum sapientissimi Reges maximo consilio, summaque providentia primum sibi administrum delegerint, qui Imperii Hispanici, quam latissime illud patet, negotiis obeundis præsit, Alcudianum Ducem Emmanuelem Godoium, cui viro, et summum, perpetuumque splendorem affert prisci nobilisque generis claritudo monumentis historiarum abunde comprobata (3); et claram eiusdem nominis memoriam facit cum singulare, atque eximium Catholicæ Religionis, ac pietatis studium, tum suavis ingenii, morumque integritas, atque incredibilis in Catholicos Reges fides; tum demum mirificus erga nationem Hispanicam amor, cuius commoda, gloriam, et maiestatem pro virili procurare, id unum fixum in animo Dux præclarissimus habet. Quam veram præsagientis animi vaticinationem futuram esse iam cerno! Vos nempe, Reges Maximi, et Potentissimi vestris virtutibus, vestra liberalitate, vestro consilio effecturos, ut Hispaniis redeant illa vere aurea sæcula Ferdinandi, atque Elisabethæ, quorum imaginem tam ad vivum refertis. Neque minus certo vaticinatur, animus Ducem Alcudianum Regiæ vestræ voluntati maximopere studentem, tum imperii Borbonici Hispanici maiestatem et decus, tum Hispanorum nomen, atque utilitates, tum scientiarum, atque artium incrementum, tum denique typographiæ honores ea sedulitate, eoque studio amplificaturum, quibus immortalem illum Ximenium apud Catholicos Reges usum perpetuo fuisse, Annales nostri testantur.

(1) Franciscus de Rades et Andrada in historia Ordinum Equestrium Calatravensis, et Iacobæi cap. 40, et 50. Gundisalvus Argote de Molina in opere *Nobleza de Andalucia*. Philippus Gandara *Nobiliario, armas y triumphos de Galicia* pag. 551., et 555. Antonius Caietanus de Sousa in *historia genealogica* tom. 12. part. I pag. 226. et 683. Xaverius de Garma, et Duran *Theatro universal de España* tom. 4. Et plures alii, qui de paterno Godoii cognomine verba faciunt. A matre cognomen, et summo in loco apud Hispanos, et nobilissimun esse, res est manifesta.

SECCION QUINTA.

TENDENCIA DE LOS ESPAÑOLES EN PROMOVER EL ARTE DE LA IMPRENTA EN OTRAS PROVINCIAS.

16. Son ciertamente extraordinarios estos esfuerzos de España para extender más y más el arte de la Tipografía; ni son ménos excelentes otros muchos que indicaré, practicados por esta misma nacion en beneficio del citado arte. Pues, ¿quién negará que la Tipografía obtuvo el derecho de ciudadanía en Nápoles por beneficio de los Españoles? Sea Matías Morabo, como piensan unos, sea Sixto Riessinger, como yo creo, lo cierto es que por el primero que ejerció la tipografía en Nápoles, una parte no muy pequeña de esta gloria pertenece á los Españoles. Acerca de Sixto dice Jacobo Wimphelingio: *in Epitomæ rerum germanicarum* cap. 65 lo siguiente.=*Sixto Riesinger argentino fué el primero que demostró en Nápoles, el año* 1471, *cómo podian imprimirse los libros. Esto le valió la estimacion del Rey Fernando y de la nobleza de Nápoles. El mismo Rey le ofreció muchas veces entre otras la dignidad episcopal; pero él prefirió su patria á todo, y hoy vive reverenciado por su ancianidad y carácter sacerdotal.*

Hé aquí un hombre de extraordinaria moderacion, y que considera en poco las cualidades con que la naturaleza le habia adornado, propias de nobles y de príncipes; pero lo que es para mí un ejemplo raro de modestia es el ver cómo renuncia á las liberalidades del Rey Fernando, á quien España habia dado cuna y educacion.

17. Si se quiere que Moravo sea el primero que ejerció el arte de la imprenta en Nápoles, no por eso deduzco que habia de caber ménos gloria á los Españoles. Blas (no Basilio como dijo en forma dudosa Mitarelio, en la *Biblioteca ms*, apéndice al artículo *Maius*) Romero, español, monge en el monasterio de Poblet en Cataluña, y del cual sospecho que habiendo venido a Nápoles para hacer que se trasladase al citado monasterio de Poblet el cuerpo de Alfonso I, indujo al citado Fernando, hijo de Alfonso, para que invitase á Nápoles á Matías Moravo. Y respecto del favor que Romero dispensaba á Moravo cerca del Rey, lo vemos confirmado en las discretas palabras que

---

SECTIO V.

Hispanorum studium promovendæ typographiæ in aliis Provinciis.

16. Præclara quidem sunt hæc in tipographiam Nationis Hispanicæ officia. Neque minus illustria esse video alia multa, quæ cursim tantum indicabo, in eamdem artem ab eadem gente profecta. Hispanorum favore, quis neget, typographiam apud Neapolitanos ius civitatis obtinuisse? Sive Mathias Moravus, ut alii putant, sive Sixtus Riessingerius, ut mihi persuasum habeo, Neapoli primus typographiam exercuerit, ad Hispanos pars saltem huius laudis non exigua pertinet. De Sixto hæc affert Iacobus Wimphelingius in *Epitome rerum Germanicarum* cap. 65. *Sixtus Riessinger,* inquit, *Argentinus Neapoli anno* 1471. *libros quomodo imprimi possunt, primus monstravit. Ob quod factum Ferdinando Regi, et Neapolitanæ nobilitati charissimus extitit. Huic sæpe ab ipso Rege Episcopatus, et amplissimæ dignitates oblatæ sunt. His omnibus patriam Argentinam præferens, ad nos concessit; estque hodie vita superstes vir ob dignitatem sacerdotalem, et senium reverendus.* Incredibilem vide hominis moderationem, qui suavissimas supra modum Parthenopæas delicias, et nobilium, principumque virorum gratiam flocci facit, et quod rarum mihi est modesti animi exemplum, summa Regis Ferdinandi, qui Hispania ortum, educationemque dederat, liberalitate uti negligit.

17. Si vero mavis, Moravum primum omnium Neapoli fuisse typographum, non minimam ex eo Hispanos collegisse gloriam video. Blasius namque (non Basilius, ut dubitanter loquitur cl. Mittarelius in *bibliotheca ms.* in appendice articulo *Maius*), Blasius inquam, Romero Hispanus, celeberrimi Cœnobii Populeti, in Gotholaunia monachus, quem Neapolim venisse suspicor, ut Alphonsi II. corpus Populetum transferendum curaret, Alphonsi filium Ferdinandum laudatum, induxit, ut Mathiam Moravum Neapolim invitaret quod Romeri in Moravum apud Regem officium disertis verbis testatur Iunianus Maius

Junio Mayo usa en la Dedicatoria del *vocabulario* que dirige al Rey Fernando, y en la cual habla de Moravo en estos términos: *Quem consilio Blasii Monachi Romerii, viri sacris literis instituti, ac sanctis moribus probati hac nostra urbe excepisse gratulamur.* Romero no se contentó con prestar estos servicios á aquel impresor, sino que hizo que las ediciones de Moravo se publicasen con toda la elegancia, lucidez y correccion posibles. Esta obra, de suma benevolencia por parte de un hombre religioso, y necesaria en gran manera al impresor, fué de tanta gloria á la ciudad de Nápoles como que por ella parece que obtuvo un lugar que sólo ocuparon los primeros impresores; y como prueba de esto citaremos las obras del filósofo Séneca, publicadas en Nápoles el año 1475 en la imprenta de Moravo y bajo los auspicios de Romero. En aquella edicion ciertamente hay que admirar la elegancia de los tipos, la magnificencia del papel, sus anchas márgenes, la excelencia de la tinta y de todos los demás útiles. La edicion es tan elegante, que bien puede competir con la que haya adquirido más justa celebridad en aquella época. En la obra, después de los proverbios de Séneca, compuestos en órden alfabético, se lee lo siguiente: *Por los auspicios de D. Blas Romero, monge de Poblet, célebre filósofo, y teólogo, fué impresa esta obra en Nápoles, el año del Señor* 1475. *Reynando D. Fernando.* Al nacer la Tipografía de Nápoles probé sus frutos con gran satisfaccion en la Biblioteca Chigiana, y por la amabilidad de Juan Fea, custodio de la misma Biblioteca. Creo que no debo pasar en silencio, miéntras hablo de Nápoles, que la tipografía Hebráica, á impulso del mismo Rey Fernando, habia colocado allí su asiento con aquella verdadera importancia que confiesa Juan Bernardo de Rossi, cuando recomienda su excelencia en estas palabras, pág. 29: *Entre las ciudades de Italia que fueron más célebres por la publicacion de obras hebreas, debe citarse á Nápoles, donde vieron la luz pública en el siglo XV muchos y muy insignes monumentos de Tipografía hebrea.* Este hombre docto habla del saltério publicado el año 1487.

18. Todo el que conoce al hebreo español, Abraham Usque, hombre esclarecido que estableció en Ferrara el arte de la imprenta, confesará que aquella ciudad obtuvo semejante beneficio, merced á la industria de los es-

---

In dicatione *Vocabularii* ad ipsum Ferdinandum dicens de Moravo, *quem consilio Blasii Monachi Romerii, viri sacris literis instituti, ac sanctis moribus probati hac nostra urbe excepisse gratulamur.* Neque satis habuit Romerus hanc amicam operam typographo præstitisse; quin summum etiam, quod potuit, studium contulit, ut Moravi editiones quam pulcherrimæ, nitidissimæ, atque emendatissimæ prodirent. Quæ benevola religiosi hominis industria, et typographo magno usui, et urbi Neapolitanæ tanto ornamento fuit, ut ab ea locum cum primis typographicis urbibus obtinuisse videatur. Exemplo sint Philosophi Senecæ opera edita Neapoli anno 1475. Moravi typis, curante Romero, Typorum sane mirabis elegantiam, chartæ magnificentiam, amplitudinem orarum, atramenti, ceterarumque rerum præstantiam. Editio certe adeo nobilis est, ut cum nobilissimis illius ætatis iure possit conferri. In ea post proverbia Senecæ alphabetico ordine composita hæc leguntur: *Sub Domino Blasio Romero Monacho Populeti Philosopho, ac Theologo celebri est impressum hoc opus in civitate Neapoli. Anno Domini* 1475. *Divo Ferdinando regnante.* Nascentis typographiæ Neapolitanæ fructus multo pulcherrimo summa cum voluptate gustavi in bibliotheca Chigiana benignitate cl. Iohannis Fea, eruditissimi eiusdem bibliothecæ custodis. Neque silentio mihi prætereumdum duco, priusquam Neopoli recedam, eodem Ferdinando Rege, typographiam Hebraicam sedem ibi suam collocavise ea quidem dignitate, ut minime dubitaverit cl. Iohannes Bernardus de Rossi eiusdem excellentiam hisce verbis commendare: *Inter Italiæ urbes* (pág. 29.) *hebraicorum librorum impressione celebriores referenda est sane Neapolis, ubi plurima, eaque insignia numerantur XV. sæculo edita hebraicæ typographiæ monumenta.* Disserit vir doctissimus de psalterio edito anno 1487.

18. Ferrariam etiam in ære Hispanorum esse ob typographiæ hebraicæ splendorem ob eorum industria profectum, fatebitur quisquis noverit Abrahamum Vsque Hebræum

pañoles, pues de ella, como lo asegura el ilustre Rossi en el comentario histórico de la Tipografía Hebrea de Ferrara, salieron á luz muchos libros hebreos, españoles y portugueses. Rossi esfuerza esta argumentacion bastante probable, diciendo que Salomon, hermano del mismo Abraham, habia ejercido la imprenta en Constantinopla. Lo cierto es que el Pentateuco traducido al español fué publicado en Constantinopla en tipos Hebreos el año 1547, cuyo sagrado volúmen se habia dado á luz en la misma lengua ya hacia mucho tiempo en Venecia el año 1497. Consideremos ahora los muchos servicios que prestó España á la Tipografía Hebrea.

19. Además, la tipografía basiliense celebrada por todo el Orbe, ¿quién creerá que a los españoles debe alguna parte de su incremento y excelencia? Un testimonio no sospechoso de esta verdad lo tenemos en Cristian Ursticio, del cual usa tambien Juan Cristian Volfio, en la obra *de Monumentis tipographicis*, publicada en Hamburgo el año de 1740, parte 1.ª pág. 552. Ursticio, pues, en el Epitome Historiæ Basiliensis, dado á luz en la misma ciudad por Sebastian Enrique Pedro el año 1577, pág. 131, dice lo siguiente, defendiendo nuestra opinion: *Como invencion no demasiado antigua, se introdujo el papel para propagar las ciencias divinas y humanas, para conservar la memoria de las cosas, y para otras infinitas necesidades de la vida. El arte de la imprenta, por muy noble que sea, no hubiera llenado su objeto sin el auxilio de aquel artefacto. Los Gallegos, pues, oriundos de aquella provincia de España, que tomaron este nombre despues de creada la Academia, abiertas, por decirlo así, las puertas de las musas, fueron los primeros que promovieron y ejercitaron en Basiléa la fabricacion del papel. De esto vivian Antonio y Miguel por los años 1470. Y esto produjo tantos y tan excelentes frutos, como que la ciudad de Basiléa no tenía nada que envidiar en este género de comercio á otra alguna ciudad de Alemania, ni de otro país cualquiera* (1).

---

(1) Ignoro por qué Ursticio llama *Gallitiones* á estos dos hermanos alemanes. Galicia ó Calicia es una provincia nobilísima de España, y sus hijos se llaman Callecos ó Gallegos. Con este nombre se significan los Ciudadanos de esta provincia, y no me acuerdo que nádie los haya llamado Galliciones, cuya denominacion, si hubiese existido en los escritores antiguos, no la hubiera omitido el muy erudito Gallego Brigantino José Cornide en su obra *Gallecicæ antiquæ tabula*, publicada en 1790, y que su autor adornó con testimonios de P. Mela, Ptolomeo, Plinio, Strabon, Avieno, Dion, Valerio, Antonino, Floro, Orosio y con muchas inscripciones de piedra, unas publicadas, otras inéditas. Si me fuera lícito apreciar esto en estilo jocoso, diria que los *Galliciones* fueron unos hombres de gentil y enorme corpulencia, que los españoles llaman, no *Gallegos*, sino *Gallegones* en forma superlativa, así como en Roma en el dia de hoy se llama *Romanone* el hombre de gran corpulencia y célebre jugador de pelota de cuero. Pero basta sobre este asunto para que no se crea que yo tambien adopto el estilo festivo y divertido.

Hispanum egregiam hac in urbe typographiam apparasse, ex qua ut in *Commentario historico de typographia Hebraica Ferrariensi* cl. Rossius observat, *plures libri hebraici, Hispanici, Lusitanici prodierunt.* Eiusdem Abrahami fratrem Salomonem probabili satis argumento coniicit Rossius typographum Constantinopoli egisse. Illud vero certum est, Pentateuchum Hispanice redditum Constantinopoli typis hebraicis editum fuisse anno 1547, quod sacrum volumen dudum eodem sermone hispano Venetiis editum fuerat anno 1497. Agesis, jam quam multiplici officio typographiæ Heibraicæ inservierit Hispania, considerate.

19. Typographia præterea Basileensis toto ab orbe celeberrima Hispanis, quis crederet? incrementi, ac præstantiæ partem certe alicuam aceptam refert. Idoneum testem profero Christianum Urstitium, cuius testimonio etiam utitur Iohanes Chistianus Wolfius in *Monumentis typographicis* editis Hamburgi an. 1740. par. I. pag. 552. Urstitius, ergo in *Epitome Historiæ Basiliensis* edita Basileæ per Sebastianum Henricum Petri ann. 1577. pag. 131. pro re et causa nostra hæc affert: *Chartaceæ molæ, invento non nimis antiquo ad propagandam divinam humanamque sapientiam, ad rerum memoriam conservandam, et infinitas nostræ vitæ utilitates sunt introductæ. Escussoria sane ars.. quamquam per se nobilis, sine hac tamen finem suum neutiquam consequi potuisset. Gallitiones autem ex ea Hispanorum regione orti, unde nomen traxerant post erectam Academiam, et apertas veluti musarum ianuas apud Basilien-*

20. Pero de cualquier modo esta fué la industria de los hermanos de los gallegos, y de la cual merecieron bien por parte de la tipografía Basiliense, y toda esta gloria pertenece á los españoles, porque habiendo penetrado en las regiones de América generalizaron en todo aquel nuevo mundo el arte tipográfico. Además de los infinitos beneficios que recibieron de Europa aquellas gentes para morigerar sus costumbres, importaron esta necesidad de la vida social á aquellas naciones de una manera tan perfecta, que viviendo aún Hernan Cortés, hombre nacido para la inmortalidad y fortísimo conquistador del imperio Mejicano, la imprenta ejerció en Méjico sus funciones publicando aquella expedicion en 1532. La *Scala* de Juan Climaco, traducida en lengua española por Juan Estrada, del órden de Predicadores, é impresa por Juan Pablo, dice que los habitantes de Angelopolis, Goatemala y otras ciudades de la América boreal, lo mismo que Lima, Quito y otras que están situadas al Mediodía, se ocupan en trabajos tipográficos.

21. Los Españoles que gobernaron el Asia tambien establecieron en aquella parte del mundo el arte de la imprenta. Y el testimonio de esto lo tenemos, entre otros pueblos, en las ciudades de Manila, la principal de las Islas Filipinas, y en Granada donde se han publicado muchos libros que he tenido con frecuencia en mis manos. Los indios y los Japonenses tambien gozaron de este beneficio, pues yo he visto en otra ocasion, la obra titulada *Flosculos de virtutibus et vitiis*, de Manuel Barreto, publicados el año 1610, en el Japon, en la imprenta del Colegio Nangasachiense, obra que regalé al profundo teólogo Gaspar de Segovia, que pensaba, si no me engaño, enviarlos á Juan Santander, Director erudito de la Real Biblioteca de Madrid. Me parece, pues, que he demostrado con bastante facilidad que los americanos han recibido de los españoles la educacion y el perfecto conocimiento en la industria y en la Tipografía.

---

ses primum chartaceam artem felici sidere exercuerunt, excitaruntque. Ex quibus Antonius, et Michael anno. 1470, *vixere. Quæ res occasionem dedit tot, tamque nobilibus calcographis, ut hoc mercimonii genere Basilea nulli Germaniæ, ne dicam, aliarum quoque gentium urbi cedat* (1).

20. Sed utut hæc fuit Gallitionum fratrum industria, qua se de Basileensi typographia benemerentes reddiderint: hæc certe laus tota est Hispanorum, quod eam in regiones Americanas invexerint, illumque novum orbem typis locupletaverint. Præter infinita, quæ gentibus illis commoda ex Europa ad vitæ suavitatem percipiendam attulerunt, hoc etiam ornamentum adeo mature in eas importarunt, ut in vivis adhuc agente Ferdinando Cortesio, viro ad immortalitatem nato, ac fortissimo imperii Mexicani domitore, suas typi functiones Mexici exercuerint, edita anno 1532, Iohannis Climaci *Scala* in hispanam linguam conversa per Iohannem Estrada Ordinis Prædicatorum, typographo Iohanne Pablos. Angelopolis, Goatemala, aliæque ad Boream urbes Americanæ; æque ut ad Meridiem atque sitæ Lima, Ambatum, Quitum, et aliæ in laboribus typographicis occupantur.

21. In Asiam quoque intendentes Hispani, eam mundi plagas typis exornarunt. Testes sunt urbes præter alias, Goa, et Manila Philippinarum Princeps, ubi plurimi editi sunt libri, quos sæpe præ manibus habui. Ipsos denique Sinas, et Iaponios hoc beneficio non defraudaverunt. Penes me quondam habui *Flosculos de virtutibus, et vitiis* Emmanuelis Barreto, editos anno 1610 ex typographia Collegii Nangasachiensi S. I. in Iaponia, quos dono dedi cl. viro, gravissimoque cum primis Theologo Gaspari de Segovia, qui meditabatur illos, ni fallor, mittere ad Iohannem Santander eruditissimum bibliothecæ

---

(1) Nescio, cuius rei causa Urstitius hos duos germanos fratres, Gallitiones appellaverit Callecia, sive Gallæcia nobilissima Hispaniæ Provincia Callaicos, sive Gallaicos gignit. Hoc nomine appellantur huius Provinciæ cives, neque a nemine Gallitiones memini appellari: quam nomenclationem, si apud Auctores veteres, recentioresve extaret, neuiquam omisisset eruditissimus vir Callaico-Brigantinus Iosephus Cornide in sua *Gallecia antiquæ Tabula*, vulgata anno 1790., quam accuratissime adornavit ex Mela, Ptolomæo, Plinio, Strabone, Avieno, Dione, Valerio, Antonino, Floro, Orosio, et multis lapideis inscriptionibus tam vulgatis, quam ineditis. Si mihi aliquid iocari liceret, dicerem Gallitiones procero, grandique corpore fuisse; unde forte ab Hispanis nom *Gallegos*, quod est Hispanicum commune nomem, sed *Gallegones* vocabantur, quæ vox est ex augentibus: sicuti hodierno die Romæ ex proceritate corporis *Romanone* vocatur notissimus pilæ coriaceæ lusor. Sed de hoc satis: ne nos etiam cum lusore lucere videamur.

22. Pero como todo lo que hasta ahora hemos referido acerca del estudio de los españoles en la tipografía no ha de ser tan verdadero, que no pueda nádie sospechar de engaño, los españoles concedemos de buen grado á los alemanes la gloria de la invencion tipográfica; pero que los alemanes no envidien á los españoles la gloria de haber propagado la tipografía por inmensas regiones; por eso sucedió que lo que estaba reducido en Europa á estrechos límites, obtuvo por todo el mundo un imperio extenso, merced á las riquezas, industria y consejo de los españoles.

SECCION SEXTA.

DIFICULTADES E INCONVENIENTES EN LA ILUSTRACION DE LA TIPOGRAFIA ESPAÑOLA.

23. Pensaba yo formar un catálogo completo de todos los libros que España dió á luz en el siglo XV, después que pasaron los primeros tiempos de la imprenta, para que se confirmase más y más su advenimiento, con el tiempo y el ejercicio en el arte. Pero al hombre, separado de su amada patria durante muchos años, no le fué lícito apurar esta materia en todas sus partes. Yo esperaba llevar á cabo este pensamiento, no sin gran trabajo por cierto, para que se coligiese diligentemente, se separase y pusiese en órden regular todo lo que habian escrito otros, y lo que fuese oscuro se explicase y apareciese claro. Cuando no he visto una cosa con mis propios ojos recurro á la autoridad de los autores, sin envidiar de modo alguno ajenas diligencias; aunque si he de decir la verdad no siempre acepto con facilidad lo que han dicho otros, y más de una vez sigo la opinion ajena mejor que la mia. Y ¿quién ignora que los juicios no pueden ser tan acabados para aquellos que por más que lo deseen, no han podido examinar con sus propios ojos los libros, y apreciar las obras por sí mismos.

24. Las equivocaciones de los autores ó los errores de imprenta no me han producido poco trabajo, pues esta es la causa por qué las fechas fre-

---

regiæ Matritensis præfectum. Ad rem satis commode illud mihi observare videtur, Americanos homines ab Hispanis edoctos, industrios, peritosque typographos evasisse.

22. Etenim cum omnia, quæ hactenus commemoravi de Hispanorum in typographiam studio, ita vera esse nemo non videat, ut refelli nequeant: libenter damus Hispani Germanicæ Nationi typographiæ inventæ gloriam. Germani vero Hispanis invidere non debent typographiæ per immensas regiones propagatæ laudem. Quo factum fuit, ut quæ angustis finibus intra Europam continerentur, Hispanorum opibus, industria, et consilio amplissimum late imperium per universum terrarum orbem obtineret.

SECTIO VI.

Difficultates, et incommoda in typographia Hispanica illustranda.

23. Erat illud in votis absolutissimum catalogum contexere librorum omnium, quos prima typographiæ ætate sæculo XV. definita urbes Hispanicæ in vulgus ediderunt, quo matura, minimeque otiosæ typographiæ in Hispaniam invitatio, atque adventus magis, magisqué confirmaretur. Sed homini tam multos annos a carissima sibi patria longe agenti id negotii exhauriret, omni ex parte desperandum erat. Illud vero summo quidem cum labore fierit posse sperabam, ut quæcumque ab aliis conscripta essent, colligerentur diligenter, considerate secernerentur, in rectum aptarentur ordinem, et quæ obscura essent, illustrarentur, clarioraque fierent. Quæ meis oculis non inspexi, auctoribus reddo, alienæ diligentiæ minime invidus; quamquam, ut verum fatear, non omnia ab aliis dicta, facile arripio. Non semel aliorum magis auctoritates, quam meum sequor iudicium. Quis autem nescit, non plane esse suos posse, quibus quandocumque libitum animo fuisset, libros per se ipsos suismetipsis oculis inspicere, expendere, æstimare non licuerit?

24. Non mihi parum negotii facesserunt Auctorum seu lapsus, seu typographorum errores, quorum vitio videas annorum supputationem sæpe a veritate abhorrere. Cuius

cuentemente son inexactas; y para demostrar esto sólo diré que Juan de San Antonio, del órden de los Menores, escribió en la *Bibliotheca universa Franciscana* un libro titulado *Scotus Pauperum*, su autor Guillermo Gomez, Español, y dice que fué impreso en Tolosa el año 1400, así como tambien que en Florencia en 1440 se dieron á luz ciento veinte cánticos de Jacobo de Benedictis. ¿Quién, por erudito que sea, podrá creer jamás esto?

25. Ignorando la lengua Castellana, se aumentaban las dificultades, como puede con facilidad demostrarse en los nombres de los pueblos y en los apellidos cuya verdad han oscurecido, corrompiendo las voces Castellanas, á no ser que este vicio deba atribuirse á los impresores que adulteraron torpemente lo que los autores habian escrito con exactitud. Más de una vez, por ejemplo, ha sido escrito *Borsa* por *Borja*, apellido ilustre de una familia española. Y esta licencia llegó á hacerse tan intolerable, como que no sólo nosotros, sino tambien los extranjeros vacilan de qué hombre se trata. Y para que tengamos un testimonio ajeno, véase al célebre Juan Bautista Audifredo que, además de su excelente erudicion en todo género de enseñanza, se halla tan versado en los estudios tipográficos que no se encuentra otro superior á él. Pues bien; este diligente escritor, en el catálogo histórico crítico de las ediciones Romanas del siglo XV, hablando de la obra póstuma del célebre Rodrigo Sanchez de Arévalo que mandó publicar, si no me engaño, un sobrino del Autor, Fernando Fontecha, varió el verdadero apellido de una noble familia española *Fontecha* y fué impreso *Fonseca*, llevado sin duda por el frecuente uso de oir Fonseca como más vulgar y más comun que *Fontecha*, apellido que este docto escritor tal vez jamás habria leido ni oido en parte alguna.

26. Es muy fácil tambien incurrir en graves errores por ignorar la Geografía española. Los hombres doctos se espantan de ver que Francisco Luisino en su Parergon, lib. 2.°, cap. 17, citando á Cristóbal Escobar, que habia traducido á Varron, haya podido deslizarse hasta el punto de decir: *nactus sum olim Patavii pulcherrimam huius loci commentationem Chistophori*

---

rei illustria præ oculis habeo exempla. Unum hic afferam in rei confirmationem Iohannis a S. Antonio Ordinis Minorum, qui in *Bibliotheca universa Franciscana* scribit librum inscriptum *Scotus pauperum* auctore Gulielmo Gorris Hispano editum fuisse Tolosæ anno 1400., sicuti etiam Florentiæ anno 1440, edita fuisse centum et viginti cantica Iacobi de Benedictis. Quis ista viro quamlibet erudito umquam assentiatur?

25. Hispanici sermonis imperiti rei difficultatem augent, ut ægre possis cognominum, ac locorum veritatem comprobare, quam illi verborum Hispanicorum depravatione vehementer obscurant: nisi forte vitium hoc typographorum sit dicendum, qui recte ab Auctoribus conscripta turpissime corrumpunt. Haud semel, ut unum modo exempli loco ponam, pro clarissimæ familiæ Hispanicæ vero cognomine *Borja*, scriptum legi *Borsa*. Qua intoleranda sane licentia plerumque fit, ut tam nostrates, quam exteri hæreant incerti quo de homine sermo habeatur. Quo alienorum testimonio fidem cautius habeas, cl. Iohannes Baptista Audiffredi, qui præter egregiam in omni disciplinarun genere eruditionem, his in studiis typographicis ita versatus est, ut superiorem eo neminem invenias, in accuratissimo Catalogo Historico critico Romanarum editionum sæculi XV. verba faciens de insigni opere posthumo celebratissimi illius viri Roderici Sanchez de Arevalo quod typis committi curavit Auctoris sororis, ni fallor, filius Ferdinandus Fontecha; Audiffredus, inquam, verum cognomen *Fontecha*, quod Hispanicæ Familiæ nobilis proprium est, et fuerat a typographo recte impressum, in cognomen *Fonseca* videtur ex industria mutavisse, inductus, uti suspicor, ex frequenti, crebroque usu legendi, et audiendi cognomen *Fonseca*, quod vulgatius, magisque commune est, quam illud aliud *Fontecha* a doctissimmo viro numquam fortasse alibi neque lectum, neque auditum.

26. Ob geographiæ etiam Hispanicæ ignorationem facillimum est in graviores lapsus incurrere. Illud certe obstupescent viri docti, quod Franciscus Luisinus in *Parergon*. lib. 2. cap. 17. laudans Luc. Christophorum Scobarium (Hispanice *Escobar*), qui Varronis locum egregie interpretatus fuerat, ita labi potuerit: *nactus sum*, inquit, *olim Patavii pulcherrimam huius loci commentationem Christophori Bethyci Agrigentini, viri omnino erudi-*

Bethyci Agrigentini, viri omnino eruditissimi. Hé aquí un hombre, segun mi sentir, verdaderamente erudito, que supone que Cristóbal Betico, español, es Siciliano ó Agrigentino. Pues, ¿quién ignora que la Bética es la provincia más opulenta de España? Jerónimo Magio no procuró enmendar el error de Luisino en el libro 3.° cap. 10 *Variarum lectionum*, aunque significa con claridad bastante haberlo percibido.

SECCION SETIMA.

DE LA IMPORTANCIA QUE HAN TENIDO SIEMPRE LAS EDICIONES ANTIGUAS.

27. Me parece ocioso hablar aquí de la utilidad que reporta el estudio de las ediciones antiguas, cuando no ha habido un solo escritor que no haya consagrado toda su atencion á adornar y ampliar sus conocimientos con este género de erudicion. José Antonio Saxi, en los prolegómenos á la historia literaria de Milan, que fué publicada juntamente con el primer tomo *de los escritores Milaneses*, de Felipe Argelato, se esfuerza en promover este estudio, impulsado, si no me engaño, por las reprensiones tal vez excesivas de algunos partidarios de este estudio. Yo recuerdo con gran placer aquel dicho del viejo Terencio, *ne quid nimis*. Por la gracia de Dios todavía estoy sano, y no necesitaré trabajo ni afeites que suavicen estas arrugas de erudicion, perdidas enteramente para estar *totus in illis*. Si algunos padecen esta locura, estos no deben ser alejados de sus parientes y hermanos sino de los Bibliógrafos, para que con ellos no se limpien las narices, unas veces contribuyendo á la depreciacion de los libros, y otras obligando á admitir ediciones falsas, dudosas, y sospechosas, por las verdaderas ediciones de la edad antigua. Acerca de este mal escribió muy doctamente Marchand, y ojalá que este hombre, al juzgar de sus progresos, conservando algo de religion y de modestia, no hubiere olvidado que el *pretium chartis quotus arroget annus* del antiguo poeta, se escribió para aquellos que hacen consistir en esto la suma de toda erudicion. Aprendan tambien del mismo poeta, porque *rancidum aprum antiqui laudabant,* é instruidos por este consejo no deben burlarse de los Bibliógrafos.

tissimi. En vir *omnino* meo quoque iudicio *eruditissimus*, qui Chistophorum Hispanum Bæticum (Bæticam quis ignorat Provinciam esse Hispaniæ opulentisimam?) Siculum, et Agrigentinum facit; Quam Luisini hallucinationem emendare minime curavit Hieronymus Magius in *Variarum lectionum* lib. 3. cap. I. licet non obscure significet, illam se fuisse odoratum.

SECTIO VII.

Quanti faciendæ sint editiones antiquæ in universum.

27. De utilitate studii editionum antiquarum excolendi verba facere supervacaneum hic duco; cum non unus extet auctor, qui nervos omnes in hac eruditionis parte exornanda, atque amplificanda intenderit. Cl. Iosephus Antonius Saxius in prolegomenis in historiam literariam Mediolanensem, quæ edita una fuit cum primo tomo de *Scriptoribus Mediolanensibus* cl. Philippi Argelati totis viribus studium istud promovere nititur, ad id, ni coniectura aberro, vehementer incitatus nimia fortasse aliquorum istius studii reprehensione. At mihi illud Terentiani senis, *ne quid nimis,* magnopere placet. Superum gratia, sanus adhuc sum; ne operam, et oleum, quod aiunt, effundam in suaviandis, anxieque depereundis istis rugis eruditis, ut sim *totus in illis.* Siqui hac insania laborant, hi non ad agnatos, et gentiles, sed ad bibliopolas sunt amandandi, qui ipsis crumenas emungent, modo librorum pretia excandefaciendo, modo pro veris priscæ ætatis editionibus falsas, dubias, ac suspectas obtrudendo. De quo malo egregie disserit Marchandus, utinam non ultra in diiudicando progressus homo religionis, et modestiæ parum retinens! *Scire velim* (ut morum Magister Poeta aiebat) *pretium chartis quotus arroget annus* sibi dictum habeant, qui omnem eruditionis summam in eo ponunt. Ab eodem Poeta discent, cur *rancidum aprum antiqui laudabant,* quo consilio edocti, non bibliopolis ludibrium debet.

28. Si las ediciones más antiguas de las obras fuesen una copia exacta de los mejores originales (cuya diligencia y cuidado confiesan todos que ha faltado en muchas ediciones, y en algunas está esto bien de manifiesto, lo cual yo no me atreveré á negar), con sobrada razon estas ediciones serian apreciadas por todos. Pero esto no ha sucedido así siempre y en todas partes. ¿Cuántos hombres eruditos no se han dedicado con el mayor estudio á corregir unas cosas, á añadir otras para buscar la uniformidad de los antiguos códices, publicadas ya las primeras ediciones de los libros? Hay de esto ejemplos cási innumerables en todas las naciones. Los PP. de S. Mauro en esta competencia y certámen de todos los doctores, parece que han conseguido la victoria. En la misma época en que esto escribimos, Faustino Arévalo, en union con su hermano Juan, está dando á luz los poetas sagrados españoles Prudencio, Juvencio y Draconcio, enmendados y corregidos de tal modo, que si quedase aún un solo ejemplar de la obra, todos convendrian conmigo en que valdria más que todas las ediciones de Prudencio del siglo XV. Además de los doctísimos comentarios con que Arévalo ilustra estos poetas españoles Cristianos, con la comparacion de los códices restituye la verdadera letra, desecha lo adulterado, separa lo cierto de lo incierto con tanta maestría que nada deja que desear, ya se busque la verdad de las cosas, ya la sagacidad de ingenio, ya por último la fuerza y la valentía en el razonamiento. Por lo demás, ¿qué nos importa que sean raros los ejemplares de esta antigua obra? Por más que esta circunstancia aumente su precio y el mérito de la misma, nada importa para la erudicion: todo esto pertenece al mercader ó al librero, pero nada tienen que ver en ello los eruditos, sino el que van á comprarla á buen precio. *Poema qui tam ridiculum tam care prodigus emat.*

29. Se preguntará además: ¿Qué pudo perder la República de las letras con que no se hubiesen publicado en el siglo XV ó más tarde, aquella bárbara falange de escritores? No debemos detestar la Tipografía, sino á los hombres que, abusando de ella, han publicado demasiado pronto tanta barbárie y tantas necedades, que debieran estar por siempre sepultadas en las tinieblas. Estas ediciones, sin embargo, para conocer de todo punto la historia de la Ti-

---

28. Si vetustiores operum editiones ad optimos quosque, probatissimosque Codices essent exactæ (quam certe diligentiam, atque industriam multis editionibus defuisse fatebuntur omnes, et in aliquibus adhibitam fuisse, non ausim ego negare) optimo quidem iure essent ab omnibus plurimi facienda. Sed res non semper, et ubique ita præclare cecidit. Quot eruditissimi viri, vulgatis primis librorum editionibus, quo, quantoque studio, perpensis earum erroribus, iisdem corrigendis plurima, ac diligenti collatione plurium, ac nobiliorum codicum constanter incubuerunt? Innumera fere sunt exempla apud omnes Nationes. Maurini vero Patres in hac doctorum ferme omnium contentione, ac certamine ceteris videntur palmam præripuisse. Eo ipso tempore, quo hæc scribimus. cl. Faustinus Arevalus, quo cum, eius eruditissimo germano fratre Iohanne, in utraque Nicolai Antonii *bibliotheca Hispana*, augenda, atque emendanda pertinaciter sudamus, Hispanos Poetas sacros, Prudentium, Iuvencum, et Dracontium ita elaboratos, perfectosque in lucem emisit, ut si unum tantum editionis Arevalensis exemplum remaneret, pluris illud facerem, in quo quis non mecum consentiat,? quam omnes sæculi XV. Prudentii editiones. Præter doctissimos, eruditissimosque commentarios, quibus Arevalus hos Christianos poetas illustrat, ea dexteritate veras ex plurimis a se collatis codicibus lectiones restituit, depravatas respuit, saucias sanat, incertas a certis secernit, ut nihil plus optandum relinquat, sive rerum veritatem, sive ingenii sagacitatem, sive denique acerrimum in iudicando robur requiras. De reliquo, quid attinet voluminis annosi raritatem inculcare? Quasi raritas ista meritum, pretiumve literarium esset: nil fere ad eruditionem: tota est mercatoris, seu bibliopolæ; itaque non ad eruditos, sed ad bene nummatum eatur, *poema qui tam ridiculum tam care prodigus emat.*

29. Est illud præterea quod quæram. Quid reipublicæ literariæ bono, barbara illa scriptorum seges edita ne fuerit sæculo XV., aut serius? Non typographiam, sed homines eadem abutentes detestamur, qui tantam barbariem, atque ineptias tenebris sempiternis celandas præmature in lucem publicam protulerunt. Prodesse vero possunt editiones ipsæ

pografía, pueden ser muy útiles, y para observar las vicisitudes por que ha pasado este mismo arte. No de otro modo se comprende que estos estudios hayan sido de tanta importancia, y tampoco negaré que esta importancia sería mediana, si fuera de otros libros se intentase adquirir esta erudicion con semejantes obras.

SECCION OCTAVA.

DE LA IMPORTANCIA QUE TIENEN LAS EDICIONES HEBREAS ANTIGUAS.

30. Acerca de las primeras ediciones hebreas, si he de decir todo lo que siento, algunos escritores muy eruditos creen firmemente que estas pueden cási compararse en autoridad con los códices autógrafos, y júzgan como cosa evidente que los Maestros de los hebreos ó los Ravinos procuraron corromper aquellos pasajes de donde podia deducirse una argumentacion fuerte y vigorosa, tomada de los sagrados libros y que confirmaba hasta la saciedad el advenimiento de Nuestro Señor Jesucristo por los Doctores de la Iglesia Cristiana; siendo esto asi, las primeras ediciones de los sagrados libros deben reputarse más verdaderas y más íntegras que las posteriores. Ahora bien, ¿qué puede importarnos la antigüedad de las ediciones si los códices despues de la venida de Jesucristo, muchos siglos ántes de la creacion de la imprenta, fueron maliciosamente corrompidos? Me abstengo de pronunciar mi juicio sobre este asunto: mucho se ha discutido por una y otra parte; sin embargo, puedo decir que muchos, por no decir todos los argumentos que los cristianos meditaron para combatir los errores de los judios ántes de la invencion de la imprenta, de tal modo vieron la luz pública en la infancia de la Tipografía, que cási todos están explicados ó probados al ménos por los antiguos. Nuestros maestros rimaban todos los acentos de los sagrados libros para poder rechazar é impugnar la doctrina de los Judios. A estos, pues, si querian salir al encuentro, les quedaban dos caminos: ó negar que existiese el lugar citado en los sagrados libros y sustituirlo con otro maliciosamente corrompido, ó admitida la existencia del pasaje excogitar

---

ad historiam typographiæ penitus dignoscendam, eiusdem artis fortunam, varietatesque observandas. Hac se plane ratione defendet, cui tanti sunt studia ista: neque valde repugnabo; si mediocriter, minime vero egregie præter cetera, isti eruditionis parti studeatur.

SECTIO VIII.

Quanti faciendæ sint editiones hebraicæ antiquæ.

30. De primis editionibus hebraicis, ut nihil hac in causa dissimulem, eruditissimi nonnulli viri summam adeo opinionem habent, ut eas codicibus autographis fere pares in auctoritate, fideque concilianda faciant. Certissime tenendum putant, Hebræorum Magistros, seu Rabbinos, quo pluribus, gravioribus, exquisitisque magis argumentis ex libris sacris deductis Iesu Chisti D. N. videbant adventum Christianorum Doctores luculenter confirmare; hoc magis loca, e quibus illæ argumentationes fluebantur depravare studuisse: itaque primæ librorum sacrorum editiones hebraicæ sinceriores posterioribus, et magis integræ censendæ sunt. Sed quid editionum antiquitas iuvare poterit, si Codices post Christi adventum multis ante typographiam sæculis malitiose fuerint corrupti? Abstineo ab hac lite definienda, in qua multum profecto in utramque partem disceptatum est. Hoc mihi tamen dicere posse videor, plurima ante typographiam inventam quidni dicam omnia? a Christianis excogitata fuisse argumenta contra Iudæorum errores, adeo ut quæcumque contra illos a typographiæ ortu vulgata sunt, ea explicata plane omnia, aut significata saltem ab antiquis reperias. Rimabantur magistri nostri omnes librorum sacrorum apices, ut ita dicam, ex quibus oppugnare, et refellere Iudæos possent. Iudæis ergo, si occurrere ipsis volebant, duplex hæc via relinquebatur; vel negare scilicet locum allatum in divinis libris extare, aliumque in eius vicem malitiose corruptum substituere, vel admisso loco interpretationem aliquam, quæ erroribus eorum commode faveret, excogitare. Eodem sane modo, inventa typographia, bellum istud continuatum fuit, neque aliter fuisse gestum mihi possum persuadere. Incredibile certe est. Iudæos libris impressis hanc novam præliandi rationem inisse, loco quem sibi adversari videbant, vel repudiando, vel corrumpendo; quam

alguna interpretacion que favoreciese cómodamente sus errores. Después de inventada la imprenta esta guerra se continuó del mismo modo; ni creo que pudo haber sucedido lo contrario. Increible es, ciertamente, que los Judíos hubiesen adoptado este nuevo modo de combatir por medio de libros impresos en el terreno en que parecian oponerse, ya repudiando, ya corrompiendo, y cuyo medio, miéntras lucharon con unos códices manuscritos por muchos siglos ántes, jamás lo habian practicado. Esta opinion tiene cierto sabor á una broma festiva. ¿Y á qué añadir mas? Los católicos Romanos debemos agradecer eternamente á Dios el que viviendo entre nosotros el Supremo Juez, constituyó á la Iglesia Santa en autoridad para dirimir las controversias que se suscitan acerca de la sinceridad y verdad de los Sagrados libros; y de cuyo Juez carecen las demás supersticiones. Consúltense, si se quiere, además de otros, á los teólogos Jacobo Tirino en sus comentarios á la Sagrada Escritura en el índice de las controversias, controversia 2.ª

SECCION NOVENA.

VINDICANSE LAS EDICIONES MAS MODERNAS DE LOS LIBROS EN ASUNTOS SAGRADOS.

31. No deja de haber hombres impertinentes que lamentan se hayan corrompido ó mutilado las ediciones de los libros, que en materias sagradas ilustró el Concilio de Trento ó el Tribunal sagrado constituido para defender la Religion, y que se llama Inquisicion ó Santo Oficio. ¡Ridícula peticion! Vemos á los franceses que, no temiendo mucho más sus amenazas que otras naciones, todos se adhirieron despues del Concilio de Trento á las obras de los Santos Padres que fueron publicadas con suma correccion y con exactitud fiel respecto de los mejores códices; y ¿quién no tiene en gran precio estas ediciones? ¿quién de los que se llaman Inquisidores no tiene adornada su Biblioteca particular con ellas? ¿cuántas son, además, lo pregunto á los importunos acusadores, cuántas son las provincias de Europa en las cuales no esté en vigor este sagrado consejo religioso? Muy pocas, ciertamente: cási toda España y una gran parte de Italia. Así, pues, aunque queramos dudar de la integridad de las ediciones que pertenecen á España é Italia, ¿qué motivo hay para despreciar las ediciones francesas, las alemanas y otras?

---

rationem, dum unis cum manuscriptis codicibus tot retro sæculis pugnarent, neutiquam iniverant. Nescio quid lepidæ festivitatis opinatio ista videtur subolerem. Quid plura? Immortales Deo O. M. Catholici Romani gratias debemus, qui nobis summum iudicem viventem, Sanctam nimirum Ecclesiam Romanam Catholicam constituit pro auctoritate, sinceritate, ac veritate librorum sacrorum dirimendis, quo iudice carent reliquæ superstitiones. Vide sis præter alios Theologos Iacobum Tirinum in comment. Sacræ Script. in indice Controvers. controver. 2.

SECTIO IX.

Vindicantur editiones recentiores librorum de rebus sacris.

31. Non desunt morosi homines, qui editiones librorum de rebus sacris a Concilii Tridentini celebratione adornatas, vel ab eodem Concilio, vel a Tribunali sacro Religioni tuendæ constituto, quod Inquisitionem, et Sanctum Officium vocant, mutilas, atque corruptas fuisse lamentantur. Ridicula expostulatio! Gallos videmus, genus profecto hominum Inquisitionis, eiusque minarum non admodum metuens, præter omnes Nationes, totos se post Concilium Tridentinum addixisse Sanctorum Patrum operibus quam emendatissime edendis ad optimorum Codicum fidem exactis. Quis Gallicas istas editiones summo in pretio non habet? Quis ex Inquisitoribus, quos vocant, editionibus istis non suas bibliothecas privatas exornat? Quot sunt præterea, ab importunis accusatoribus quæram, quot sunt in Europa Provinciæ, in quibus sacer hic religionis senatus vigeat? Paucissimæ quidem. Hispania nempe universa, et magna pars Italiæ. Itaque, etsi velles dubitare de integritate editionum ad Hispaniam, Italiamque quæ pertinent, quam habes causam prætendere ad respuendas Gallicas, Germanicas, aliasque editiones?

32. Pero para que conste que esto no es más que un capricho de acusar, debemos decir que es muy cierto que en aquellas provincias donde los Inquisidores ejercen el supremo y atroz imperio, valiéndome de las mismas palabras de los calumniadores, estos mismos inquisidores conceden á los varones doctos la facultad de leer los escritos de Lutero y de Calvino, y de otros que se han considerado siempre como enemigos declarados de la Religion Católica, porque si esta lectura ú otra de la misma índole se ha negado al vulgo, fuera de aquellas que pudiendo corregirse se corrigieron y expurgaron, ¿quién negará que esto se ha hecho con prudente determinacion? Los entendimientos profanos en este género de estudios, podian renegar de su religion ó precipitarse en las más corrompidas costumbres. Por eso fué tambien prudente que la juventud, tan inclinada al vicio, no leyese las comedias de Terencio, y los amores de Ovidio, y los epigramas de Marcial, á no haber sido purificadas estas obras de toda obscenidad. Pero se indignan de que se hagan estas mutilaciones, y no sufren con paciencia los que, considerando en poco la dignidad de la Religion Santa y la excelencia de la naturaleza humana, consideran esto de ninguna importancia, y cruelmente lo condenan porque no comprenden cuán torpe cosa es diseminar la lujuria y hacer gala de obscenidad, no sólo en las cosas, sino tambien en las palabras.

33. Procuremos, pues, que este Divino don de la Tipografía, concedido por la Providencia para conseguir la ciencia y la sabiduría, no nos sirva por nuestra causa para afrentar las cosas sagradas, y que no haya nacido para corromper las costumbres, para violar la honestidad, para engañar la juventud, y para calumniar los hombres honrados, y que no se utilice para servir á estos mismos planes.

Procuremos no tener en parte alguna estos hombres que, con formas crueles, execran el tribunal de la Inquisicion y le recriminan falsamente, su-

---

32. Sed ut magis de accusandi libidine constet, certissima res est, in illis quidem Provinciis, in quibus religionis Quæsitores summum exercent, atroxque imperium, ut calumniatorum verbis utar, facultatem doctioribus viris Quæsitores ipsos permittere scripta legendi Lutheri, Calvini, atque aliorum, qui Religionis catholicæ hostes apertissimi habentur. Quod si eadem, et huiusmodi alia legenda negantur imperitis, vulgoque gentium, nisi quæ corrigi possunt, corrigantur, atque expurgentur; id sano consilio fieri quis neget? Ne imperitorum videlicet animi, aut religione cadant, aut in corruptissimos mores deducantur. Quamobrem sanctissime cautum etiam fuit, ut Terentianæ fabulæ, Ovidii Amores, Martialis epigrammata iuventuti adeo ad vitium proclivi, nisi omni obscœnitate sublata, non prælegantur. Sed hæc mutila esse indignantur, gravateque ferunt, qui sacrosanctæ religionis dignitatem, humanæque naturæ excellentiam parum attendentes, eas parvi pendunt, flagitioseque contemnunt, neque satis intelligunt isti, quam turpe sit defluere luxuria, atque obscœnitatem non modo in rebus, sed in verbis etiam adhiberet.

33. Curemus ergo, ne hoc divinum typographiæ donum ad scientiarum, sapientiæque consecutionem á Deo O. M. impertitum, vitio nostro ad sacra irridenda, mores corrumpendos, honestatem violandam, iuventutem decipiendam, et viros probos calumniandos natum esse, et istis flagitiis suscipiendis inservire tantum videatur. Nullo nos loco habeamus homines istos, qui in Inquisitionis tribunal acerbo stylo invehuntur, et falso criminantur, quod scientiarum incrementis idem officiat. Satis est ad coarguendam impudentem istorum calumniam omnino non veritati consentaneam, oculos in Hispaniam intendere, cuius Inquisitionem, ut longe rigidissimam, severissimamque fere vituperant viri etiam probi, improborum Scriptorum, quos eruditionis causa legunt, querelis permoti, ac decepti. Quid enim? non improbos illos, sed probos viros interrogo, quos quidem nisi forte eorum animi ab Hispanis, vel æmulatione quadam, vel occultissima ipsis invidia, alieni sunt, maiorem in scriptoribus istis legendis sagacitatem rogarem: quid enim est magis apud historicos vulgatum, quam ætate præcipue Ferdinandi Catholici, Caroli; eiusque filii Philippi II. Inquisitionem Hispanicam summo fuisse in honore, auctoritatemque summam fuisse nactam? Res est cuique manifesta. Ostendi ne potest alia ulla ætas, quæ apud

poniendo que se opone á los progresos de la ciencia. Y para demostrar más y más que la imprudente calumnia de estos es contraria de todo punto á la verdad, basta dirigir la vista por España, cuya Inquisicion se ha vituperado cási por los hombres honrados, movidos y engañados por escritores malvados á quienes leen para adquirir erudicion, suponiendo que aquel tribunal es demasiado rígido y severo. Ahora bien; yo pregunto, no á aquellos hombres malvados, sino á los honrados, á los que no disienten de la opinion comun entre los Españoles por rivalidad ó por ódio, y á quienes rogaria más prudencia en la lectura de estos escritores. ¿En qué época se ha publicado más, segun los historiadores? ¿En qué tiempo, como no sea reinando Fernando el Católico, Don Cárlos y su hijo Felipe II, fué más honrada la inquisicion Española y adquirió la suma autoridad? Esto es bien claro. Nádie podria referirse á ninguna otra edad, que haya producido tan grande número de varones eruditos y más nobles escritores. Aquella fué la verdadera edad de oro, durante la cual, si España no aventajó en erudicion á las demás naciones (asunto que trataré en otro lugar), no fué tampoco inferior á ninguna de ellas. Tan solo faltaba que se pusiesen obstáculos á los padres religiosos en la vindicacion, eleccion, ampliacion é ilustracion de las letras humanas y divinas.

34. Bien pudiera confirmar la verdad de este asunto con la larga série de inquisidores de la fe muy doctos que tuvo España. Poco trabajo me costaria demostrar que cuantos jueces existieron en este Tribunal supremo, todos eran extraordinariamente doctos en todas las enseñanzas. Acérquense los detractores á la Inquisicion general de Madrid, que es la principal de todas. Sólo la ignorancia habrá de negar la veneracion que merecen aquellos jueces conocidos por la nobleza de su linaje, por la pureza de costumbres y por su erudicion. ¿Cómo, pues, un tribunal tan sábio ha de procurar fomentar la ignorancia? Dejemos eso. ¿A qué hablar más de estas ridiculeces? ¿Algun mónstruo de estos alimenta benignos deseos por la mayor erudicion de los españoles? ¿Por qué les atormenta la ignorancia de los españoles? ¡De tanta importancia somos los españoles para estos hombres! Pero esto no lo piden fuera de propósito los malos hombres; comprendemos lo que ellos codician: hasta dónde conducen sus quejas, el mismo asunto nos lo manifiesta. En una palabra, se indignan porque floreciendo este sagrado Tribunal, no pueden esparcir las erróneas opiniones contra la fe, las costumbres y los Príncipes. Esto es todo lo que se busca.

Hispanos maiorem virorum eruditorum copiam, nobilioresque scriptores in publicum effuderit? Ætas illa vere aurea fuit, in qua si ceteras Hispania Nationes eruditione non superaverit, quæ quidem quæstio loco alio habenda est, earum certe nulla inferiorem se præstitit. Tamtum abest, ut patres Religionis vindices humanis, divinisque literis excolendis, amplificandis, atque illustrandis impedimenti quidquam afferant.

34. Huiusce rei veritatem vehementer possem confirmare longa quæsitorum fidei enumeratione, quos Hispania habuit doctissimos; nullumque mihi negotium subeundum esse, si demonstrandum etiam susciperem, quot eiusdem Tribunalis summi præfecti extitere, omnibus disciplinis maxime exculti. Adeant Senatum ipsum Matritensem, qui princeps est omnium, obtrectatores isti. Quanta enim, si non omnino desipiunt, prosequentur veneratione iudices illos generis nobilitate, honestate morum, atque eruditione conspicuos? Tribunal adeo sapiens ignorantiæ fovendæ studebit! Apage. Sed quid ad ista ridicula capita plura verba facio. Aliquid monstri alunt benevola istorum vota pro maiore Hispanorum eruditione. Quid eos excruciat Hispanorum inscitia? Tanti enim sumus hominibus istis Hispani? Sed non hoc male malos viros habet. Tenemus, quid aveant. Quorsum istorum querelæ evadant, res ipsa plane nos monet. Uno verbo: indignantur, quod florente hoc sacro Senatu, suas non possint perversas contra fidem, contra mores, contra Principes opiniones disseminare. Hoc illud totum est querelarum.

APENDICE

ACERCA

DE LA TIPOGRAFIA,

POR

LOS PADRES BENEDICTINOS DE MONSERRATE.

Extracto de las cartas del célebre Benito Ribas, monje del mismo monasterio, dirigidas á Bartolomé Alfonso.

» Me suplicais, Reverendo Padre, que os manifieste si el arte Tipográfico fué llevado al monasterio de Monserrate ántes del año 1500. Este asunto está fuera de toda discusion; pero demostraré por manuscritos que obran en este mismo monasterio y por monumentos evidentísimos sus causas, cuentas y gastos.

» Ya existia en 1498 la nueva congregacion de Monjes Benedictinos de Valladolid, creada para reformar religiosamente la vida de los asociados, y para la formacion de otras comunidades que habian de asociarse á la congregacion, á fin de adoptar las antiguas costumbres que se observaban en la de Valladolid. El trabajo era árduo, pero se realizó con feliz éxito, pues establecida la congregacion, abrazaba ya en el año 1500, por lo ménos, 16 monasterios. Interesaba mucho, pues, que esta nueva congregacion usase de las mismas leyes, ritos y ceremonias para que se afirmase más la concordia de los asociados.

APPENDIX

DE

TYPOGRAPHIA

APUD PP. BENEDICTINOS MONTIS SERRATI.

Ex litteris cl. Benedicti Ribas eiusdem Cœnobii Monachi ad Bartholomæum Alfonso particula.

» Petis a me Rev. Pater, typographica ne ars in Montis Serrati Monasterium anno prius 1500, fuerit invecta? Res est extra controversiam posita; eiusdem vero causas, rationes, et sumptus ostendam ex manuscriptis, et certissimis monumentis huiusce Monasterii. Clarevat iam ab anno 1498. nova Congregatio Benedictinorum Vallisoletana, tum ob reparatam religiose vivendi formam, tum ob maturam aliorum Monasteriorum consociationem, quæ restituendis pristinis severiorum morum institutis Vallisoletanæ Congregationi adhæserant. Opera, quamvis difficilis, felici adeo eventu processerat, ut instaurata Congregatio 16. saltem monasteria anno 1500. complecterentur. Magni intererat, recentem hanc Congregationem, quo magis consociatorum concordia firmaretur, iisdem legibus, cæremoniis, ac ritibus uti. Itaque primum fuit Antistitum studium, ut rituales, aliique libri sacri Monasteriis suppeditarentur, quo unus esset ordo, ædemque omnibus vivendi ratio.

» Quo melius hoc propositum executioni mandaretur, opus erat Cœnobium aliquod

» Por eso el primer cuidado de los prelados fué el proporcionar rituales y otros libros sagrados para los monasterios, cuyo órden y forma de vida habia de ser igual en todos.

» A fin de poner en práctica y con mejor acierto este propósito, era necesario destinar algun monasterio donde estos mismos libros se publicasen.

» El monasterio de Monserrate se consideró el más á propósito para este asunto. Ya se habian impreso el año 1498, en Barcelona, 18.000 bulas por el maestro Juan, 794 por el maestro Miguel. Florecia además en hombres eruditos y en riquezas, y tenia otras muchas comodidades que se deseaban en los demás monasterios.

» En aquel tiempo era Abad del monasterio de Monserrate el esclarecido varon en letras y en piedad Reverendo Padre Garcia de Cisneros. Se ocupaban de la economía doméstica Pedro de Burgos y Pedro Camps, hombres diligentes é industriales. A estos, pues, se encomendó el cuidado de la obra Tipográfica, por lo cual á fines del mismo año se marcharon á Barcelona. Ya en aquella época habia muchas imprentas en Barcelona: las principales eran la imprenta de Juan Rosembach, Aleman, de la ciudad de Heidelberch, las de Pedro Miguel, Juan Baro, Jacobo Gumiel, Castellano, y Maestro Juan Luchner, Aleman. Habiéndose realizado un pacto entre estos el dia 28 de Diciembre, Luchner se dirigió desde Barcelona á Monserrate llevando consigo á sus compañeros Udalrico Belch, de Ulma, á quien tocaba la preparacion de las tintas, á Udalrico, de Zaragoza, para dar tinta, á Tomás para cajista, á Enrique Squirol para forjador, á Juan y á Justo la prensa, á Renaldo ó á Arnau tambien para dar tinta, y á Juan para cajista. Además los citados Padres, encargados de la parte económica, llevaron desde Barcelona cuanto fué necesario para establecer y adornar la oficina tipográfica de Monserrate, y no sólo proporcionaron ó procuraron proporcionar los útiles necesarios para la impresion de los libros, sino tambien los tipos que se trajeron de Perpiñan, ciudad entónces española, por industria de Juan de Helvencia, cuyo apellido, si no me engaño, era Mock, quien formó las matrices en Monserrate y fundió letras de todos caractéres.

» Dispuestas así las cosas, aceptó el Monasterio las condiciones y se dispuso

---

destinare, in quo huiusmodi libri typis vulgarentur. Monasterium Montis Serrati præ omnibus magis idoneum putatur. Iam enim illud Barcinone edenda curaverat anno 1498. exempla bullarum num. 18000. per Magistrum Iohannem, præter alia 794. per Magistrum Miguel. Florebat insuper viris eruditis, florebat opibus, et plures alias commoditates habebat, quæ in Cœnobiis aliis desiderabantur.

» Eodem tempore Monti Serrato præerat clarissimus, cum literis, tum pietate vir R. P. Garzias de Cisneros. Domesticæ œconomiæ vacabant Petrus de Burgos, et Petrus Camps, viri diligentes, atque industrii. His ergo committitur operæ typographicæ cura; quamobrem eodem anno fere elapso Barcinonem iisdem eumdum fuit. Plures eo iam tempore vigebant Barcinone typographiæ. Habebantur præcipuæ, tum typographia Iohannis Rosembach Germani ex urbe Haidelberch, tum etiam typographiæ Petri Miguel, Iohannis Baro, Iacobi Gumiel natione Castellani, et Magistri Iohannis Luschner Germani. Cum horum postremo pactio conflata fuit; seque Luschner Barcinone Montem Serratum contulit die 28. Decembris, secum socios habens Uldaricum Belch de Ulma, ad quem atramenti confectio pertinebat. Ulricum de Zaragoza, qui caracteres aheneos atramento obliniebat. Thomam typothetum, seu compositorem, Henricum Squirol excussorem, Iohannem, et Iustum qui torculo operam dabant, Arnaldum, seu Arnau etiam oblinientem, et Iohannem compositorem. Patres prætere laudati œconomiæ præfecti ex Barcinone comportarunt, quid; quid opus erat ad ornatissimam officinam typographicam in Monte Serrato apparandam-neque modo instrumenta, quæ oporterent ad librorum impressionem, vel comparaverunt, vel ut perficerentur curarunt, sed graphia etiam ex Perpiniano Hispanica id temporis urbe, nacti sunt industria Iohannis Helvetii cognomine, ni fallor, Mock, qui in Monte Serrato et matrices formavit, et literas cuiuscumque generis fudit.

» Rebus hac ratione dispositis, Monasterium sibi conditionem accepit et obsonii in

para satisfacer cumplidamente el trabajo de los impresores. El maestro Juan Luchner ganaba al año sesenta y seis monedas de oro, que representan sesenta y nueve libras y cuatro sueldos segun la moneda de Cataluña; Udalrico de Ulma ganaba al mes una libra y catorce sueldos, y todos los demás compañeros una libra y cuatro sueldos. Por último, Juan Mock, fundidor, se ajustó en treinta y una libras y diez y ocho sueldos por formar las matrices, fundir las letras y la construccion de otros instrumentos.

» Terminado el pacto de este modo, el trabajo de los impresores tuvo principio el dia 4 del mes de Febrero del año 1499, y desde esta fecha hasta el último dia del mes de Abril del año 1500 fué tanta la emulacion de todos en el encargo que se les confiara, que en el breve espacio de tiempo que he referido se imprimieron veinte Breviarios en pergamino, en papel comun 398, y todos ellos constaban de 151 hojas. Los misales impresos en pergamino fueron 12, y en papel comun 128. Constaba cada uno de 164 hojas. Se imprimieron tambien *de la Vida de Cristo* 600 ejemplares, *de las Espirituales ascensiones* 800, y otras tantas *Reglas de San Benito,* otras tantas *Instrucciones de novicios*; el mismo número del *Parvum Bonum* y la mitad ménos *de los Canones de la Misa* y 166.100 *Bulas de Vivos y Difuntos.*

» Ajustada la cuenta, resulta que en papel comun se tiraron 394 resmas, que contiene cada una 20 manos de papel, y separadamente constan estas de 25 fólios dobles.

» Con estos libros rituales publicados y que más se necesitaban, se comienza un nuevo trabajo de impresion con igual esmero y prontitud, pues desde el último dia del mes de Abril del mismo año 1500, se imprimieron 130 ejemplares, en pergamino, del *Procesionario,* y en papel comun 300. Cuarenta y tres ejemplares en pergamino de los *Responsorios de difuntos,* 308 ejemplares en papel comun, 406 *Himnos,* 440 *Directorios de las Horas Canonicas* y 100 *Ejercitatorios de la vida espiritual*, y 300 *Epistolas de Gerson*, y en la impresion de estos opúsculos se consumieron 90 resmas de papel.

---

diem copiose suppeditandi, et mercedis compositæ typographis solvendæ. Magistro scilicet Iohanni Luschner pendebantur in annum 66. aurei qui 79. libras Gotholaunicas conficiunt et 4. solidos. Uldarico de Ulma pendebatur in mensem una libra, et solidi 14. eadem una libra reliquis sociis, et 4. solidi. Iohanni vero Mock fusori ob formatas matrices, et literas fusas, aliorumque instrumentorum constructionem solutæ fuerunt libræ 31., et 18. solidi.

» Pactionibus itaque factis, typographorum occupationes principium habuere die 4. mensis Februarii anni 1499., et ab eo ad ultimum usque diem mensis Aprilis anni 1500. tanta unusquisque contentione muneri suo obeundo studuit, ut exiguo quod dixi, temporis spatio, impresserint 20. breviaria in pergamena, in charta vero vulgari 398., quorum singula continebant folia 151. Missalia impressa in pergamena numero 12., in charta vulgari numero 128. cum 164. foliis pro singulis. Subiecerunt etiam prælo *vitas Christi* num. 600. *Spirituales Ascensiones* 800.; totidem *Regulas* S. Benedicti; totidem *Instructiones Novitiorum;* eodem quoque numero *Parvum bonum,* dimidio minus *Canones Missæ,* et 166. 100. *Bullas pro vivis,* et *defunctis.* Subductis quam accurate rationibus, impressos fuisse liquet ex sola charta vulgari amplius quam 394. fasces vicenarios, quorum singuli continent 20. chartaceos codices, singillatim complectentes 25. bipatentia folia, seu quaterniones.

» His ritualibus libris, qui magis erant opus, editis, nova typographi suscipiunt opera pari diligentia, ac celeritate vulganda. Ab ultimo enim Aprilis die ad dimidium Novembrem eiusdem anni 1500. typis iidem commisserunt *Processionaria* numero 130. in pergamena, charta vulgari 300. *Defunctorum responsia in pergamena* 43., in vulgari 308.: *hymnos* 406.: *horarum canonicarum directorium* 440.: *exercitatorium vitæ spirituali* 100., et Gersonis *epistolas* 300. in quorum opusculorum impressione impensi sunt 90. fasces vicenarii chartacei.»

Hé aquí las noticias que respecto de la Tipografía del siglo XV hizo el favor de comunicar el ilustre Benito Ribas, tomadas del Monasterio de Monserrate. Paso en silencio lo que se publicó después hasta el año 1524, en cuya época aún existia la tipografía de Monserrate; de esto no me corresponde tratar; pero las que se refieren á la provincia de que hemos hecho mérito, sin tardanza alguna las presentamos en el catálogo de las ediciones españolas relativas á los primeros tiempos de la imprenta.

Hæc illa sunt, quæ ex narratione cl. Benedicti Ribas patet Monasterium Montis Serrati sæculo XV. in typographiæ gratiam fecisse. Taceo reliqua, quæ postea ut ederentur curavit ad annum usque 1524., quo certe anno vigebat adhuc typographia in Monte Serrato: illa enim ad institutum meum non faciunt. Quæ vero ad provinciam, quam cepimus, attinent, sine mora præstamus subiecto Catalogo editionum Hispanicarum, quæ primæ typographiæ ætatis sunt propiæ.

DE LOS PRIMEROS TIEMPOS

DE LA

IMPRENTA ESPAÑOLA.

CATÁLOGO DE LAS EDICIONES DEL SIGLO XV.

1. VERGER DE LA VERGE MARIA, en dialecto valenciano ó provincial, del que hacen uso los Valencianos, Catalanes y los que habitan las Baleares; su autor, Miguel Perez: Valencia, 1451. Así lo asegura Vicente Ximeno, eruditísimo autor de la Biblioteca de *Escritores del Reino de Valencia*, y no hace mencion ni del nombre del impresor ni del tamaño del volúmen. Es la misma obra que con el título *Deiparæ vita*, cita el ilustre Nicolás Antonio. — AÑO 1451.

2. LA MISMA OBRA, escrita en el mismo dialecto: Valencia, 1463, en fólio; la cita Ximeno, cuyo impresor omitió. Si estas dos tan celebradas ediciones no estuviesen adulteradas, esta gloria debia imputarse á Valencia, porque fué ciertamente la primera de las ciudades de Europa en atraer á sí la tipografía de los Germanos, aunque se conceda que el primer ensayo se hizo en Alemania el año 1450. Ni en Milan, donde se ejercitó la imprenta el año 1469, segun la doctísima opinion del Patrono Antonio José Saxi, en su tratado *Prolegomenis ad Historiam Typographicam Mediolanensem* tuvo principio el arte de la imprenta; ni en Sublaco, el primer lugar entre todos, segun los eruditos, que llevó á la Italia tan ilustre invencion publicando á Lactancio en 1465, ninguno de estos dos pueblos pueden disputar con Valencia acerca de la antigüedad de la imprenta. Y respecto de la inteligencia de los números, no es muy difícil la version de ellos por escritores competentes. Véase el año 1495. — AÑO 1463.

DE PRIMA

TIPOGRAPHIÆ HISPANICÆ

ÆTATE.

CATALOGUS EDITIONUM SÆCULI XV.

I. VERGER DE LA VERGE MARIA: dialecto Valentina, seu Provinciali, qua Valentini, Gotholauni, ac Baleares utuntur, auctore Michaële Perez: Valentiæ 1451. Ita Vincentius Ximenius bibliothecæ *Scriptorum Valentinorum* eruditissimus auctor, silens de typographi nomine, ac voluminis modo. Idem opus est, ac *Deiparæ Vita*, quam laudat v. cl. Nicolaus Antonius. — ANNO MCCCCLI.

II. IDEM OPUS, eademque dialecto: Valentiæ 1463., in fol. ex eodem Ximenio, qui typographum omisit. Si hæ duæ laudatæ editiones adulterinæ non essent, illa profecto laus urbis Valentiæ eximia habenda esset, quod omnium urbium Europæ prima fuerit in comparanda sibi a Germanis typographia, etiamsi concedatur primum eiusdem specimen exhibuisse Germanos anno 1450. Neque Mediolanum, ubi anno 1465. Patrono doctissimo Iosepho Antonio Saxio in *Prolegomenis ad historiam typographicam Mediolanensem* tipographia principium habuit; neque Sublacum, primus ab omnibus fere eruditis creditus in Italia locus, in quem præclara hæc ars invecta fuerit edito Lactantio anno 1465., poterant de antiquitate cum Valentia contenderet. Sed in numeris exprimendis etiam apud diligentes scriptores non admodum difficilis est translatio, commutatio, vel in eiusmodi errorem aditus. Vide ann. 1495. — ANNO MCCCCLXIII.

AÑO 1468. 3. Formalitatum tractatus, su autor Pedro Castrovol (segun algunos Castrobel), en 4.°, año 1468. Esta es la opinion del ilustre Juan de San Antonio en la *Biblioteca Universal Franciscana;* no hace mencion del lugar donde se imprimió, ni del impresor. El año que se fija creo que debe enmendarse invirtiendo el órden de los dos últimos números; debe leerse 1486. Pues el mismo Juan de San Antonio que vió la obra en el convento de la ciudad de Badajoz, y que pertenecia á los mínimos, asegura que Castrovol floreció por los años 1497. Además, si se exceptúa la obra de Castrovol, ninguna de las que luégo mencionaremos fué impresa ántes del año 1488. Véase el año 1488 y 1489.

AÑO 1470. 4. Historia hispaniæ, su autor Rodrigo Sanchez de Arévalo. Palencia, 1470, en fólio. Así lo dice Nicolás Antonio, si es que he entendido bien la mente de este escritor. Hace mencion de esta obra tambien Cristian Schoettgen en el sexto volúmen de la Biblioteca de la edad media y última. Para lo primero me parece que se ha apoyado en el testimonio de Nicolás Antonio, lo cual para mí no es ahora de tanta importancia; sin embargo, parece que hay manifiesta contradiccion cuando dice *que él ha visto esta historia manuscrita en la Biblioteca Colombina de Sevilla, cuando él la tenía á su cuidado, en un grande volúmen de Roma:* por lo ménos Juan Vasco asegura que fué publicada en Italia en las Crónicas Españolas, capítulo 4.° Segun estas palabras, Vasco dice que la vió no manuscrita sino impresa, ¿y quién no se admira al ver que Antonio Saxi asegura en el tomo primero de su *Historiæ typographiæ literariæ Mediolanensi* cuando trata de *Scriptorum Mediolamensium Philipi Argelati* que Rodrigo fué desconocido á Nicolás Antonio? Este escritor eruditísimo en esta ocasion cometió un error grave, porque ó ignoró absolutamente que existia la *Biblioteca antigua española* de Nicolás Antonio, y que á su ilustracion fué encomendada esta obra, ó si no lo ignoró, por lo ménos no pudo recordar que el mismo Nicolás Antonio en el tomo 2.°, libro 1.°, cap. 11 de la misma biblioteca, habla extensamente de Rodrigo y hace mencion del comentario escrito por él mismo sobre la Bula de Pio II contra los turcos, cuyo comentario asegura el mismo Saxi que se conserva manuscrito en la biblioteca Ambrosiana.

ANNO MCCCCLXVIII. III. Formalitatum Tractatus, auctore Petro Castrovol Hispano (perperam á nonnullis Castrobel), in 4. anno 1468. Ita cl. Iohannes a S. Antonio in *Bibliotheca universa Franciscana,* tacens de loco, et typographo. Désignatum annum emendandum esse, atque in eius fortasse locum substituendum suspicor annum 1486. extremorum numerorum inversione. Ipse namque Iohannes a S. Antonio, qui vidit opus in cœnobio urbis Pacensis (vulgo Badajoz) Patrum Minorum, testatur Castrovolium floruisse ad annum 1497. Nullum præterea Castrovolii operum, quæ paulo post recensebimus, prius est anno 1488. Vide ann. 1488., et 1489.

ANNO MCCCCLXX. IV. Historia Hispaniæ, auctore Roderico Sanchez de Arevalo: Palentiæ 1470., in fol. Ita Nicolaus Antonius, si bene mentem eiusdem intelligo. Meminit huius editionis Christianus Schoettgenius volumine 6. bibliothecæ Fabricianæ mediæ, et infimæ ætatis, unius, ut suspicor, Nicolai Antonii testimonio nixus, quod in præsentiarum non mihi est tanti momenti; repugnantia quippe inter se videtur dicere his verbis: *hanc historiam se vidisse manuscriptam in bibliotheca Colonea Hispali, dum illius curam ageret, prægrandi volumine Romæ, aut saltem in Italia editam Chronici Hispanici cap. 4. Iohannes Vasæus testatur.* Allato vero capite non manuscriptam, sed editam Vasæus ait se vidisse. Ex dictis, quis non vehementer obstupescet, Iosephum Antonium Saxium in *Historia typographica literaria Mediolanensi* præfixa tomo I. *Scriptorum Mediolanensium Philippi Argelati* fidenter asserere, Rodericum Nicolao Antonio fuisse incognitum? Gravissime lapsus est vir ceteroqui eruditissimus, qui vel omnino ignoraverit *Bibliothecam veterem Hispanam* Nicolai Antonii, quod eius princeps, illustrius, magisque commendandum est opus, vel, siquidem non ignoravit, certe, non meminerit, Nicolaum Antonium, tomo 2. lib. I. cap. II. eiusd. biblioth. prolixe, diligenterque disseruerit de Roderico, apertam etiam mentionen factum de commentario ab eodem conscripto super Pii II. Bulla contra Turcas, quem testatur Saxius asservari manuscriptum in bibliotheca Ambrosiana.

AÑO 1472.

5. Synodus Segoviensis, que, siendo presidido por Juan Arias, Obispo de Avila, principió este año el dia 1.° de Junio y terminó el dia 10 del mismo mes; fué impreso allí; por esto es bastante probable que este libro pertenezca al año 1472. Diego Colmenares, historiador de la ciudad de Segovia, en el capítulo 33 dice que este Sínodo terminó el mes de Mayo; pero como el principio se refiere al mes de Junio, y hablando del fin usa del pronombre relativo *idem* (del mismo mes de Mayo), ó se cometió un error en escribir Mayo por Junio, ó el Sínodo tuvo principio y fin en el mes de Mayo. Otros dos Sínodos ó concilios se celebraron, segun Colmenares, en Segovia por los años 1478 y 1483, cuyos decretos no sé si fueron impresos. No pasaré en silencio que el muy erudito Estéban de Terreros y Pando, autor de la *Paleografía Española*, publicada en Madrid el año 1758, de ninguna manera vacila en asegurar, pág. 31, que no se halla obra alguna que haya sido publicada en Castilla ántes del año 1474, en que principiaron á reinar en España los Reyes Católicos. Esta opinion no pugna con la edicion del citado Concilio. Pudo haberse impreso en el reino de Valencia ó en Cataluña, ó en Aragon, que no son provincias de Castilla. Además, Rodrigo Mendez de Silva, en su *Catálogo Real genealógico de España*, publicado en Madrid el año 1656, asegura en su artículo 75 que el arte de la imprenta fué conocido en Castilla *poco después* del año 1452, lo cual de manera alguna está conforme con la opinion del autor de la *Paleografía*. A mí no me parece pequeña la diferencia de 22 años.

AÑO 1473.

6. Metaphysica, su autor D. Nicolás Bonet: Barcelona, 1473. Así Antonio Mongitor, escritor laborioso de la Biblioteca Siciliana, segun el testimonio de Juan Hallevordio, que, aunque no está confirmado por alguna autoridad, no debe destruir nuestra creencia; sin embargo, como quiera que de la edicion Barcelonesa sólo consta la Metafísica del año 1493, y la edicion veneciana de la que hablo ahora, parece que no sólo se reimprimió la Metafísica, sino tambien todas las demás obras de Bonet. El aserto de Hallevordio no se opone á la verdad. En la Biblioteca Angélica Romana de Nicolás Bonet, del Orden de los Menores, he leido una obra en fólio publicada en Venecia el

---

ANNO MCCCCLXXII.

V. Synodus Segoviensis, quæ Præside Iohanne Aria de Avila Episcopo inchoata hoc anno die I. Iunii, et absoluta die 10. eiusdem mensis, typis illico vulgata fuit: unde satis probabiliter ad hunc annum 1472. pertinet. Ex Didaco Colmenares diligentissimo historiæ Segoviensis scriptore capite 33., qui Synodum ait absolutam fuisse mense Maio: sed cum initium Synodi ad mensem Iunium referat, et loquens de fine utatur pronomine relativo *idem*, vel error fuit scribere *Maium* pro *Iunio*, vel Synodus fortasse principium, et exitum habuit mense Maio. Duæ aliæ Synodi Segovienses habitæ fuerunt ex Colmenaresio annis scilicet 1478. et 1483., quarum decreta nescio typis ne commisa fuerint. Neque dissimulabo, eruditissimum virum Stephanum de Terreros, et Pando auctorem *Palæographiæ Hispanicæ* editæ Matriti anno 1758. neutiquam dubitavisse asserere pág 31., nullum reperiri opus, quod typis vulgatum fuerit in Castella ante annum 1474., quo scilicet anno imperio suo Hispanico initium Catholici Reges auspicato fecerunt. Quæ etsi vera essent, minimum repugnarent editioni laudatæ Synodi. Potuit enim typis mandari vel in regno Valentino, vel in Gotholaunia, vel in Aragonia, quæ non sunt Castellæ provinciæ. Præterea Rodericus Mendez Silva in *Catalogo Regali, et Genealogico Hispaniæ* edito Matriti 1656. asserit articulo 75. typographiam fuisse in Castellam invectam, *paulo post* annum 1452., quod minime cohærere videtur cum dictis ab auctore *Palæographiæ:* mihi certe 22. annorum cunctatio non ita exigua videtur.

ANNO MCCCCLXXIII.

VI. Metaphysica, auctore Nicolao Bonet: Barcinone 1473. Ex Antonio Mongitore industrio bibliothecæ Siculæ scriptore teste adducente Iohannem Hallervordium, cuius testimonium etsi nullius auctoritate confirmatum fidem nobis extorquere non debeat; tamen cum constet de editione Barcinonensi solius Metaphysicæ anno 1493., et editio Veneta, de qua nunc verba faciam, iterata videatur non solum Metaphysicæ, sed reliquorum Boneti operum fuisse: assertio fortasse Hallervordii a vero non aberrat. In bibliotheca Angelica Romana Nicolai Boneti Ordinis Minorum opus legi in fol. editum Venetiis anno 1505. per Bonettum Locatellum Bergomensem Presbyterum typographum, cuius typographi nomen locum non nemini dedit eiusdem ridicule sane confundendi cum auctore.

AÑO 1473. año 1505 por Bonetto Locatelo Bergomense, que era presbítero é impresor, cuyo nombre no habia motivo para que se confundiese con el del autor. En el frontis del libro dice: *Habes Nicolai Bonetti viri perspicacissimi quatuor volumina: Metaphisicam videlicet* (consta de 9 libros) *naturalem Philosophiam* (consta de 8 libros de Física) *Prædicamenta* (10) *necnon Theologiam naturalem* (7). Lorenzo Venerio, noble Caballero de Venecia, hijo de Manino, procurador de San Márcos, reconoció la obra, la adicionó algun tanto, y la dedicó á Leonardo Loredano como gran Príncipe de Venecia.

Precede á la dedicatoria una carta del Profesor de Pádua, Tiberio de Bazaleris, dirigida al discípulo Venerio, en la cual alaba extraordinariamente á Bonet, uniéndolo con Pico Mirandulano, como favoreciendo sus opiniones. En aquella edicion aumentada del Bonet, parece significarse que ha existido otra edicion de las mismas obras hecha en Barcelona el año 1493. Véase el año 1493.

7. Raymundi Lullii Liber divinalis, vocatus arbor scientiæ: Barcelona, 1474. A algunos ha parecido esta edicion apócrifa, como lo observa el erudito Abate Mercier Leodegario (S. Leger de la Diócesis Suesionense), autor del *Suplemento* escrito en francés para *la historia de la imprenta* de Próspero Marchand. Véanse los años 1475, 1481 y 1482.

AÑO 1474. 8. Obres ó Trobes les quales tracten de la Hors de la Sacratissima Verge Maria. En dialecto provincial, segun se demuestra bien claramente por el mismo título: su autor Bernardo Fenollar, juntamente con otros poetas (esta obra es un certámen poético, de lo cual hay gran costumbre entre los españoles, segun lo asegura Nicolás Antonio en la Biblioteca antigua, libro 10, capítulo 12.)=Valencia, 1474, en 4.° Así lo dice Ximeno omitiendo el impresor. Véase el año 1493.

AÑO 1475. 9. Raymundi Lullii liber divinalis, vocatus arbor Scientiæ: Valencia, 1475. Algunos rechazan esta edicion, segun Mercier, en el *Supplemento*. Véanse los años 1473, 1481 y 1482.

10. Crispi Salustii opera. Comienza el volúmen por la Guerra Catilinaria sin otra nota precedente, cuya guerra comprende 61 páginas divididas en diez secciones solamente. Al fin de la Guerra Catilinaria se leen estas palabras:

ANNO MCCCCLXXIII. Prima libri frons ita incipit: *Habes Nicolai Bonetti viri perspicacissimi quatuor volumina: Metaphysicam videlicet* (continet 9 libros) *naturalem Philosophiam* (continet 8 libros physicorum) *prædicamenta* (10.) *necnon Theologiam naturalem* (7). Laurentius Venerius nobilissimus Eques Venetus, filius Marini Procuratoris S. Marci opus recognovit, et aliquo modo auxit, dicavitque Leonardo Lauredano summo Venetiarum Principi. Dicationem præcedit epistola Tiverii de Bazaleriis professoris Patavini ad Discipulum Venerium, in qua eximie laudatur Bonettum, subiungens illum a Pico Mirandulano, utpote suis opinionibus faventem, plurimi factum esse. In illa recognitione, et aliqua auctione operum Bonetti significata videtur prior eorumdem operum editio alia a Barcinonensi anni 1493. laudata. Vide ann. 1493.

VII. Raymundi Lullii Liber Divinalis, vocatus arbor scientiæ: Barcinone 1473. Nonnullis editio hæc conficta videntur, ut observat eruditissimus Mercierus Abbas Leodegarii (S. Leger, in Diœcesi Suessionensi, auctor *Supplementi* gallice conscripti *ad historiam typographiæ* Prosperi Marchand. Vide annos 1475. 1481., et 1482.

ANNO MCCCCLXXIV. VIII. Obres, ó Trobes les quales tracten de la Hors de la Sacratissima Verge Maria sermone Provinciali, ut ipsa libri inscriptione manifeste patet, auctore Bernardo Fenollar, una cum aliis Poetis (est quidem certamen illud poëticum, cuius plurimus est usus apud Hispanos, relatum a Nicolao Antonio in Bibliotheca veteri lib. X, cap. XII.): Valentiæ 1474. in 4. Ita Ximenius omisso typographo. Vide ann. 1493.

ANNO MCCCCLXXV. IX. Raymundi Lullii Liber Divinalis, vocatus Arbor Scientiæ: Valentiæ 1475. Hanc editionem reiiciunt nonnulli apud Mercierum in *Supplemento*. Vide annos 1473. 1481. et 1482.

X. Crispi Salustii opera. Incipit omnino volumen a bello Catilinario sine alia præcedenti inscriptione, quod bellum implet 61. paginas, in quibus reperies tantum decem Sectiones. In calce belli Catilinarii hæc habes: *Salustii Catilinarius liber explicit.* Conse-

283. Evangelia etc. En español, por un autor anónimo que publicó otra obra en Zaragoza el año 1511, titulada *Vitas Patrum en Romance*, tomadas de San Jerónimo, cuyo principio es: *Despues de la translacion que fezimos poco ha de los Evangelios*. De aquí que esta traduccion pertenezca acaso al siglo XV, y yo creo que esta obra se concluyó bajo el reinado de Fernando é Isabel por lo que de ellos se refiere en el prólogo *De las vidas de los padres*. En honor de los Españoles tan sólo añadiré que *Las vidas de los padres* constan de cuatro partes, después de las cuales sigue un opúsculo que se titula así: *Siguese una obrezilla ayuntada a la presente obra intitulada del Loor, y efecto de las Virtudes, y contiene* 18. *capitulos*.

284. Gesta alphonsi Undecimi. Su autor Bernardo Brinega (á no ser que haya error de imprenta y deba leerse Brihuega). Segun Juan Sedeño en la *Suma de Varones ilustres*, título 1.° capítulo 19. En Nicolás Antonio apénas se encuentra una palabra de este escritor que, si se ha publicado su obra, debe pertenecer probablemente al siglo XV. Bayer en sus notas al capítulo 6, libro 8.° cita á Bernardo de Brihuega, el cual se titula clérigo, alumno y canónigo de Alfonso X, y del cual obran en la Real Biblioteca del Escorial y en la de Madrid: *Flores sanctorum, Christi Martyrum, et Confessorum* en lengua castellana; aunque no sé si estas *Flores* han sido alguna vez impresas, diré, sin embargo, que la conversion á la fe cristiana de San Ignacio de Loyola se efectuó, segun los historiadores de la Compañía de Jesús, el año 1521, y principia por la lectura del libro titulado *Sanctorum Flores*. Léase á Pedro Rivadeneira y al elegante escritor latinista Juan Pedro Maffei.

285. Splendor Fidei, su autor Pedro de opta (acaso este apellido se haya tomado de la ciudad de Huete, llamada en latin *Opta)*, el cual dedicó su

---

Delphinus libros, scriptaque genitoris avide abripiens, eam interpretationem, auctorem Hispanum ignorans, typis bona fide commisit; genitorem Dominicum non interpretem, sed auctorem ratus. Legesis Rodriguezium de Castro in biblioth. Rabbinico-Hispanica, articulo *Francisco de Caceres*.

CCLXXXIII. Evangelia etc. hispanice, auctore anonymo, qui aliud opus vulgavit Cæsaraugustæ anno 1511. inscriptum *Vitas Patrum en Romance* ex Divo Hieronymo sumptum, cuius est initium *Despues de la translacion que fezimos poco ha de los Evangelios*. Unde hæc fortasse Evangeliorum interpretatio ad sæculum XV. pertinet; certe illam perfecisse existimo sub Ferdinando, atque Elisabetha, ex his quæ narrat in prologo *Vitarum Patrum*. In Hispanorum gratiam tantum addam, Vitas patrum continere quatuor partes, quibus succedit opusculum, cui hæc est inscriptio *Siguese una obrezilla ayuntada a la presente obra intitulada del Loor, y efecto de las Virtudes, y contiene* 18. *capitulos*.

CCLXXXIV. Gesta Alphonsi Undecimi, auctore Bernardo Brinega (nisi lapsus typographi sit pro vero cognomine Hispano *Brihuega*). Ex Iohanne Sedeño *Suma de Varones ilustres* titulo 1. cap. 19. Apud Nicolaum Antonium ne verbum quidem de hoc scriptore reperies, qui si editus est, ad sæculum XV. non improbabiliter spectat. Bayerius in notationibus ad cap. 6. lib. 8. laudat Bernardum Briocanum (de Brihuega), qui se Alphonsi Decimi clericum, et alumnum, et Ecclesiæ Canonicum vocat: cuius extant in Bibliothecis Regiis Scorialensi, et Matritensi: *Flores Sanctorum, Christi Martyrum, et Confessorum* lingua hispanica. Etsi Flores hosce nescio, an quisquam typis unquam commiserit; dicam tamen, B. Ignatii Lojolæ ad Christum conversionem, quæ ex historicorum Societatis fide contigit anno 1521. initium cepisse a lectione libri inscripti *Sanctorum Flores*. Legesis Petrum Ribadeneiram, et elegantissimæ latinitatis scriptorem Iohannem Petrum Maffeium.

CCLXXXV. Splendor Fidei, auctore Petro de Opta (cognomen fortasse sumptum ex urbe *Huete*, dicta latine *Opta*), qui dicavit opus Alphonso Carrillo Archiepiscopo Toletano,

obra á Alfonso Carrillo, Arzobispo de Toledo, muerto el año 1482. Por el *Itinerario sacro* de Ambrosio de Morales sólo aparece claro que la obra está manuscrita y se conserva en la biblioteca de los padres benedictinos pincianos. ¿Este *Pedro de Opta* estará acaso equivocado el apellido y deba leerse Pedro de Osma?

286. Breviarium Hispalense. En la Biblioteca Casanatense he leido un breviario que lleva este título: *Breviarium secundum ritum, et consuetudinem almæ Ecclesiæ Hispalensis:* en cuyo fólio 170 se lee lo siguiente: *Finis: Habetis Sacerdotes bonarum literarum candidissimi lectores Breviarium non minus politum, quam utile (quia iam dudum tertiam castigationis censuram subingressum. Adde maiori solito opera, et vigilantiori, operosiorique diligentia adhibita) secundum ritum Ecclesiæ Hispalensis: absolutum Parrhisiis in officina Thomæ Wesalie.... anno ab Incarnatione Dominica* 1510. *quarto Idus Augusti.* Las palabras que encierra el paréntesis demuestran que esta edicion parisiense es por lo ménos la tercera; y de las dos primeras, ¿quien dudará que por lo ménos una pertenece á Sevilla? Yo ciertamente no me atreveré á dudarlo cuando se trata de una obra indispensable para los sacerdotes, y exornada largo tiempo hacía con el arte tipográfico la ciudad de Sevilla. Ni Juan la Calle ni Chevillier hablan una sola palabra, si la memoria no me es infiel, del impresor Tomás Wesalie.

287. Cathechismus, en español, su autor Pedro Gonzalez de Mendoza, Cardenal y Arzobispo de Sevilla, escrito con el objeto de facilitar la conversion de los judíos á la fe de Jesucristo. Segun Diego Ortiz de Zúñiga, diligentísimo escritor de los Anales de Sevilla. Parece que fué impresa en Sevilla el año de 1478.

288. Constitutiones Synodales, su autor Francisco Ximenez de Cisneros. Se citan en la Universidad de Alcalá de Henares en el original después del libro 4.° cuando se trata del Archivo de Alcalá de Henares página 35. Habla tambien de ellas Alvaro Gomez al principio del libro 2.° cuando dice *Post conventus sacerdotum celebratos, vulgatosque anno eius sæculi* 1498 *etc.* Al considerar la magnificencia de Ximenez parece increible que estas consti-

---

e vivis erepto anno 1482. *Ex Itinere Sacro* Ambrosii de Morales liquet tantum, hoc opus ms. asservari apud PP. Benedictinos Pincianos. *Petrus de Opta* estne fortasse error pro *Petrus de Osma?*

CCLXXXVI. Breviarium Hispalense. In bibliotheca Casanatensi Breviarium legi cum hac inscriptione: *Breviarium secundum ritum, et consuetudinem almæ Ecclesiæ Hispalensis:* in cuius folio 170. hæc leguntur: *Finis: Habetis Sacerdotes bonarum literarum candidissimi lectores Breviarium non minus politum, quam utile (quia iam dudum tertiam castigationis censuram subingressum. Adde maiori solito opera, et vigilantiori, operosiorique diligentia adhibita) secundum ritum Ecclesiæ Hispalensis: absolutum Parrhisiis in officina Thomæ Wesalie... anno ab Incarnatione Dominica* 1510. *quarto Idus Augusti.* Verba parenthesi inclusa demonstrant, hanc editionem Parisiensem saltem esse tertiam. De duabus editionibus prioribus quis dubitaverit unam minimum Hispalensem fuisse? Ego certe dubitare non ausim, cum res agatur de opere per quam Sacerdotum usui necessario, ac de Hispali urbe typographiæ arte iamdudum exornata. Nec Iohannes la Caille, nec Chevillierius mentionem ullam faciunt, si memoria non excido, typographi Thomæ Wesaliæ.

CCLXXXVII. Cathechismus lingua hispanica, auctore Petro Gonzalez de Mendoza Cardinali, ac Archiepiscopo Hispalensi pro Iudæorum conversione ad Iesu Christi fidem facile expedienda. Ex Didaco Ortiz de Zuñiga diligentissimo Annalium Hispalensium scriptore. Videtur Hispali editus fuisse anno 1478.

CCLXXXVIII. Constitutiones Synodales, auctore Francisco Ximenez de Cisneros. Laudantur a Collegio Principe Complutensi in archetypo post librum quartum, ubi disseritur de *Archivio Complutensi* pag. 35. De iisdem etiam commemorat Alvarus Gometius initio libri 2. his verbis: *Post conventus Sacerdotum celebratos, vulgatosque anno eius sæculi* 1498.

tuciones estuviesen manuscritas, precisamente en una época en que el arte de la imprenta adquirió más perfeccion en la ciudad de Toledo.

289. De Confessione liber, su autor Pedro de Osma. No temo asegurar que este libro fué publicado y que debe pertenecer á este siglo. Pues en los Breves del Papa Sixto IV, expedidos en Roma en las Idus en Agosto de 1478, en los que confirma el juicio pronunciado por el Arzobispo de Toledo contra Pedro de Osma y los sectarios de éste, que expresan falsas doctrinas, se lee lo siguiente: *Et ut illa* (dogmata) *in plurium notitiam pervenirent, et in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere, et in publicum, ut illos legendi omnibus esset facultas, tradere præsumpserant eatenus, et præsumebant.* Esto sucedia en la Universidad de Salamanca. Por eso juzgo más que probable que la imprenta en Salamanca es anterior al año 1478, en cuya ciudad Pedro de Osma y sus secuaces dieron á luz su obra. No dejaré de maravillarme de que el doctisimo Cardenal Aguirre, que trata en el tomo 3.° *de los Concilios españoles* del Sínodo celebrado en Alcalá de Henares, donde se condenó por los Padres el referido Osma, no haya visto é intentado ver la Summa de los concilios del célebre y docto Arzobispo de Toledo Bartolomé Carranza, para hablar con más extension de este Sínodo, sin que se mostrase tampoco diligente en un asunto de tanta importancia para los españoles. Aquellos que esto sabian de un modo cierto, porque tuvieron mayor copia de datos para investigar la verdad, no sin elogio se debe preguntar si Pedro de Osma publicó en España sus comentarios sobre el símbolo de San Atanasio, porque yo he leido en la biblioteca Angélica *Commentaria Magistri Petri de Osma in Symbolum Quicumque vult salvus esse...... impressa Parisiis per Magistrum Uldaricum cognomento Gering* sin fecha. Ahora bien: ¿quién me dirá si la primera edicion es la de Paris ó la de España?

290. Tractatus de Musica, su autor Bartolomé Rhamis ó Ramis, ó con más propiedad Ramos de Pareja (estos son apellidos propios de Castilla): en Salamanca. Segun consta por el mismo Bartolomé, quien en su tratado de música, del cual se hicieron dos ediciones en un mismo año, 1482, en Bolonia,

---

etc. Consideranti Ximenii magnificentiam incredibile sane videbitur, *Constitutiones* has fuisset antum manuscriptas, vigente maxime typographia in urbe Toleto.

CCLXXXIX. De Confessione liber, auctore Petro de Osma. Minime verear asseverare hunc librum et fuisse editum, et ad hoc sæculum esse revocandum. Sixtus enim Papa IV. in brevibus literis Romæ datis quinto Idus Augusti anno 1478., quibus Archiepiscopi Toletani iudicium in Petrum de Osma pronuntiatum confirmat, de eodem, atque eiusdem assectatoribus falsa dogmata disseminantibus hæc ait: *Et ut illa* (dogmata) *in plurium notitiam pervenirent, et in perpetuum de illis memoria haberetur, libros componere, et in publicum, ut illos legendi, omnibus esset facultas, tradere præsumpserant eatenus, et præsumebant.* Gerebantur hæc in Academia Salmanticensi. Unde satis probabile censeo typographiam Salmanticensem anno 1478. fuisse antiquiorem, cuius operis libri Osmæ, et assectarum in lucem prodierunt. Hoc certe loco mirari non desinam, doctissimum Cardinalem Aguirræum disserentem tom. 3. *Hispan. Concil.* de conventu Complutensi, in quo fuit Osma damnatus a Patribus, vel non vidisse, vel proficere noluisse ex *Summa* Conciliorum nominatissimi, doctissimique Archiepiscopi Toletani Bartholomæi Carranzæ, quo ampliorem de eodem conventu sermonem fecisset, neque se tam ieiunum ostendisset in re tanti momenti apud Hispanos. Illud illis qui plane sui iuris fuerint, maioremque quam ego investigandi copiam habuerint, non sine laude quærendum esset, an Petrus de Osma in Hispania typis vulgaverit Commentaria super Athanasii Symbolo. In bibliotheca namque Angelica legi *Commentaria Magistri Petri de Osma in Symbolum Quicumque vult salvus esse.... impressa Parisiis per Magistrum Uldaricum cognomento Gering,* omisso anno. Editioni Parisiensi an Hispana præiverit, quis me doceat?

CCXC. Tractatus de Musica, auctore Bartholomæo Rhamis, seu Ramis, seu potius, ac verius Ramos de Pareja (cognomina enim sunt Castellanæ gentis propria) Salmanticæ. Patet ex ipso Bartholomæo, qui in tractatu de Musica bis edito uno, atque eodem an-

á cuya magnífica ciudad fué llamado de España, y donde enseñó con gran concepto y públicamente la música: refiere todas estas cosas en el tratado 2.° part. 1.ª cap. 6.° cuando habla del célebre Osma, profesor español de Música: *Cum in studio legeremus Salmantino, præsente* (Osmeno), *et coram eo redarguimus, et in tractatu, quem ibi in hac facultate lingua materna composuimus, ipsi* (Osmeno) *in omnibus contradiximus.* Consta tambien que Bartolomé era natural de Andalucía por su apasionado adversario Francisco Gafurio, el cual le llama Andaluz en su *Apologia adversus Iohannem Spatarium, et complices Musicos Bononienses,* publicada en Turin en 1520. Spatari de Bolonia fué aquel eminente músico cuyo maestro en Bolonia fué Bartolomé, y ciertamente que Spatari debe no pequeño elogio de su genio en el arte musical al mismo Gafurio, pues en la obra publicada en Milan en 1518 titulada: *Harmonia musicorum instrumentorum* le llama *acutissimum in musicis*: Nicolás Burcio tambien escribió terriblemente contra Bartolomé en un tratado de música publicado en Bolonia en 1487. *Cum defensione Guidonis Aretini adversus quemdam Hispanum veritatis prævaricatorem,* cuya obra leí en la Biblioteca Angélica no sin repugnancia. Hasta tal punto se habia desenfrenado sin razon alguna el ódio contra este hombre, cuya probidad y mérito le hacían digno del Gimnasio de Bolonia, que el muy erudito Mazucheli en la obra titulada *Gli Scrittori d' Italia* no ha podido ménos de detestar tanta petulancia y maledicencia con estas palabras: *Vehementer Burtius laboravit in Bartholomæum maledictorum potius colluvie, quam argumentorum pondere refellendo (si sforzò di confonderlo con una tempesta di villanie, più che di ragioni).* Más conveniente le hubiera sido dedicarse exclusivamente á la poesía, para lo cual he observado que habia nacido con muy alto ingenio en sus *Musarum, Nympharumque, ac summorum Deorum epystomatis,* publicadas en Bolonia el año 1498. Estas injustas y crueles invectivas de sus adversarios tuvieron el resultado que era de esperar, pues los Boloneses, que están adornados de un ingenio perspicaz y de gran pureza de costumbres, aceptaron y defendieron con valentía las opiniones de Bar-

---

no 1482. Bononiæ, qua florentissima in urbe ex Hispania vocatus maxima opinione Musicam publice profitebatur, hæc narrat tractatu 2. part. 1. cap. 6. disserens de Osmeno Hispano Musices professore: *Cum in studio legeremus Salmantino, præsente* (Osmeno), *et coram eo redarguimus, et in tractatu, quem ibi in hac facultate lingua materna composuimus, ipsi* (Osmeno) *in omnibus contradiximus.* Bartholomæum fuisse gente Bæticum, constat ex eiusdem infensissimo adversario Franchino Gafurio, qui Bæticum vocat in *Apologia adversus Iohannem Spatarium, et complices Musicos Bononienses,* edita Taurini 1520. Spatarius Bononiensis unus præclarissimus fuit ex permultis egregiis, quos Bononiæ Bartholomæus discipulos habuit: immo ab eodem Gafurio mediocriter insano non exigua in rebus musicis laude Spatarius ornatur: eum quippe *acutissimum in musicis* vocat in opera *Harmonia, musicorum instrumentorum* edito Mediolani anno 1518. Nicolaus Burtius calamum quoque acerbissime exercuit adversus Bartholomæum edito Bononiæ tractatu de Musice anno 1487. *Cum defensione Guidonis Aretini adversus quemdam Hispanum veritatis prævaricatorem,* quem non sine stomacho legi in bibliotheca Angelica: adeo effrænate nullo sane convicio non consectatur virum probum, ac de Bononiensi celeberrimo gymnasio benemerentissimum; quam petulantis hominis maledicendi licentiam detestatur cl., et eruditissimus Comes Mazuchellius in opere (*Gli Scrittori d' Italia*) his verbis: *Vehementer Burtius laboravit in Bartholomæum maledictorum potius colluvie, quam argumentorum pondere refellendo (si sforzò di confonderlo con una tempesta di villanie, più che di ragioni).* Melius sib Burtius consuluisset, si sese totum Musis dedidisset, quibus excolendis aptissimo ingenio natum observavi in suis *Musarum, Nympharumque, ac summorum Deorum epystomatis* editis Bononiæ anno 1498. Iniusta hæc, sævaque adversariorum insectatio eum exitum habuit, quod Bononienses, perspicacissimo ingenio natio, neque minus candidis moribus prædita, opiniones Bartholomæi amplexarentur, validissimeque propugnarent. Hanc profecto laudem celeberrimus Iohannes Baptista Martini tom. 1. *Historiæ Musicæ* Hispano nostro tribuit, quod primus omnium, quos noverit, fuerit, qui hæc inventa Musica vulga-

tolomé. Este elogio lo tributó á nuestro español el célebre Juan Bautista Martin, en el tomo 1.° de la *Historia de la música*, que fué el primero que publicó esta invencion. Terminaré diciendo que me parece bastante probable que Osmeno, (acaso Osmano, de Osma) fuese aquel que escribió y publicó un tratado de música que refutó en Salamanca Bartolomé, y entónces puede contarse otra edicion del siglo XV. Este autor fué totalmente desconocido á Nicolás Antonio.

291. Libro del Asno, en castellano, su traductor, segun sospecho, es Anselmo Turmeda. Consta por el *Indice expurgatorio* de Bernardo de Sandoval y Rojas. Bayer en las adiciones á los autores de tiempo dudoso que constan al fin del tomo 2.° de la *Bibliotheca vetus*, en la A, dice que Turmeda es catalan, y le atribuye cierto opúsculo poético llamado vulgarmente *Franselms*, publicado muchas veces, y que se usó para la enseñanza de los niños que comenzaban á leer. Dice que este mismo habia escrito cerca del año 1400 un tratado poético con este título: *De les coses que han a esdevenir segons alcunes profecies, e dits d' alcuns estrolochs etc.* Juan de San Antonio habla tambien de Turmeda y cree que era fraile Franciscano.

292. Opera Petri Lusitaniæ Infantis (así llaman los españoles á los hijos de los Reyes), varon de paz y muy aventajado en las artes de la guerra, hermano de Eduardo, rey de Portugal. Al final dice: *Este libro se imprimio seis annos depois que en Basilea foy achada a famosa arte da imprimassaon*, que traducido quiere decir en latin: *Liber is editus fuit anno sexto ab inventa Basileæ celeberrima typographiæ arte.* Se conserva hasta ahora en la biblioteca del conde Vimieiro segun lo asegura el erudito conde de Ericeira en su obra titulada: *Colleczam dos documentos da Academia Real Portugueza que neste año* 1724. etc. con el número romano XXIII y el arábigo 7, quien se persuade que esto puede ser un argumento poderoso para determinar claramente el origen verdadero de la imprenta, y de ninguna manera proporcionar á los de Basilea armas débiles contra los de Maguncia. Pero como está fuera de toda discusion que Basilea no fué la madre de la imprenta, no usa con propiedad la palabra *achada (inventa)* á no ser que el escritor

---

verit. Hoc uno verbo finem facio: Osmenum (fortasse Osmanum ex patria Osma) illum, quem Bartholomæus Salmanticæ scripto confutavit, tractatum aliquem de Musica scripsisse, typisque vulgasse, probabile mihi satis videri. Unde aliam enumerare possum sæculi XV. editionem. Nicolaum Antonium latuit penitus hic auctor.

CCXCI. Libro del Asno, hispanice, interprete Anselmo Turmeda ex Asino, uti suspicor, Apuleiano. Constat ex *Indice Expurgatorio* Bernardi de Sandoval, et Roxas. Bayerius in *addit.* ad auctores incertæ ætatis, quæ extant in fine tomi 2. biblioth. *veteris* sub litera *A*. Turmedam Gotholaunum facit, et quoddam ei attribuit opusculum metricum *Franselms* vulgo appellatum, sæpius editum, ac pueris legere incipientibus multo usitatum. Eumdem scripsisse ait anno circiter 1400. tractatum metricum hac inscriptione: *De les coses que han a esdevenir segons alcunes profecies, e dits d' alcuns estrolochs etc.* Iohannes a S. Antonio disserit quoque de Turmeda, et Franciscanis institutis addictum facit.

CCXCII. Opera Petri Lusitaniæ Infantis, (ut vocant Regum filios Hispani) viri pacis, bellique artibus præclarissimi, Fratris Eduardi Regis Lusitani. In fine: *Este libro se imprimio seis annos depois que en Basilea foy achada a famosa arte da imprimassaon.* (Hoc est: *Liber is editus fuit anno sexto ab inventa Basileæ celeberrima typographiæ arte*). Asservabatur in bibliotheca Comitis de Vimieiro; uti testatur eruditissimus Comes de Ericeira in opere, quod nuncupatur *Colleczam dos documentos da Academia Real Portugueza que neste año* 1724. etc. num. Romano XXIII., et Arab. 7.: qui sibi persuadet, vir ingenio alioquin sagaci, huiusce rei cognitionem magni ponderis esse posse ad statuendam veram typographiæ originem, atque neutiquam debilia ministrare Basileensibus arma adversus Moguntinos. Sed cum extra omnem controversiam sit Basileam minime typographiæ parentem fuisse, male dicitur *achada (inventa);* nisi scriptor voce illa Lusitana significare voluerit primum annum inductæ in Basileam typographiæ, qua iam dudum aliæ urbes utebantur. Prima sane editio Basileensis anno 1474. prior non est; adulterinaque merito ha-

haya querido expresar con aquella voz portuguesa el primer año de la introduccion de la imprenta en Basilea, y de la cual ya usaban hacia mucho tiempo otras ciudades. La primera edicion de Basilea no es anterior al año de 1474, y con razon se cree apócrifa la que se fija en el año 1471, y acerca de lo cual debe consultarse á Marchand. Barbosa Machado en la biblioteca portuguesa hace mencion de la obra del infante Don Pedro, publicada con un comentario de Alfonso de Aragon, Arzobispo de Zaragoza con este título: *Coplas fechas por el mui ilustre Señor D. Pedro de Portugal etc. en fol.* en caracteres góticos, sin fecha. Esta edicion es la misma tal vez que la que citó Ericeira. Alfonso de Aragon, autor del comentario, segun el testimonio del doctísimo Lamberto de Zaragoza fraile capuchino, en el tomo 4.° del Teatro eclesiástico de Aragon, nació el año 1470 y tomó posesion del arzobispado en 1479, y segun la opinion más comun murió el año de 1520. Ahora dejo á los demás que conjeturen como les parezca.

293. Scrutinium Scripturarum, su autor Pablo de Búrgos. Si valen las conjeturas, tengo por cierto que esta obra fué publicada en España en el siglo XV, y esto se demuestra por el asunto de que trata la obra, por su utilidad y sobre todo por su necesidad: en ella se combate á los judíos que entónces abundaban en España; se prueba tambien por la excelencia del autor, ya por su linaje, ya por su doctrina, ya tambien por los extraordinarios dones que gozó: sus ilustres hijos, adornados tambien con amplísimas dignidades; y por último, el crecido número de amigos, discípulos y clientes que tuvo, no permiten dudar acerca de aquella antigua edicion española. En la biblioteca Angélica he visto la edicion de Mántua del año de 1475 hecha por Juan Eschalo, en fólio, cuyo título es: *Incipit dialogus qui vocatur Scrutinium Scripturarum compositus per Reverendum Patrem Dominum Paulum de S. Maria etc.* á esta obra de Pablo sigue *tractatulus* (este es su título) *multum utilis ad convincendum Iudæos*: cuyo contenido no es más que una carta de Alfonso Bonhome, español, dirigida á Hugon, gran maestro del Orden de Predicadores.

294. Expositio Eugeniana y tambien *Lucerna Fratrum Minorum*, su autor Diego de Alcalá. Tal vez la edicion pertenezca al siglo XV. Juan de San Antonio dice que es muy antigua. Wadingo cita tambien la *Milicia cristia-*

---

betur, quæ configitur fuisse anno 1471., de quo videndus est Marchandus. Barbosa Machado in bibliotheca Lusitana commemorat opera Petri Infantis edita cum Commentario Alphonsi de Aragona Archiepiscopi Cæsaraugustani hac inscriptione: *Coplas fechas por el mui ilustre Señor D. Pedro de Portugal etc., in fol.*, charactere gothico: sine notatione anni. Hæc fortasse editio eadem est, ac laudata ab Ericeira. Alphonsus de Aragona Commentarii auctor ex sententia doctissimi Lamberti de Zaragoza Ordinis Cappuccinorum tomo 4. *Theatri Ecclesiastici Aragonensis* ortum habuit anno 1470. in Archiepiscopatus possessionem venit anno 1479.,et ad plures abiit anno 1520. Relinquo aliis coniectandi otium.

CCXCIII. Scrutinium Scripturarum, auctore Paulo Burgensi. Si quid ratio, ac coniecturæ valent, fere exploratum habeo hoc opus editum fuisse in Hispania sæculo XV. Argumenti, quod tractatur, utilitas, immo necessitas: disseritur enim adversus Iudæos, quibus id temporis scatebat Hispania: auctoris excellentia, tum ab indole, tum a doctrina, tum etiam a muneribus, quæ obivit amplissima: illustres filii, quos genuit, amplissimis etiam dignitatibus ornati; amicorum denique, discipulorum, atque clientum magnus numerus, quos habuit, nullum mihi dubitandi locum permittunt de editione antiqua Hispana. In bibliotheca Angelica editionem vidi Mantuanam anni 1475. per Iohannem Schallum, in fol., cuius inscriptio est: *Incipit dialogus qui vocatur Scrutinium Scripturarum compositus per Reverendum Patrem Dominum Paulum de S. Maria etc.* Pauli tractationem consequitur *tractatulus* (ita inscribitur) *multum utilis ad convincendum Iudæos:* qui totus est epistola quædam Alphonsi Bonihominis Hispani ad Hugonem summum Prædicatorum Ordinis Magistrum.

CCXCIV. Expositio Eugeniana, item *Lucerna Fratrum Minorum*, auctore Didaco de Alcalá. Editio fortasse huius sæculi XV. Iohannes a S. Antonio illam certe antiquam vocat.

na del mismo autor, publicada en Alcalá de Henares el año de 1570, en cuya época ya Diego habia muerto, como que en el año 1517 ejercia el cargo de Definidor general en toda la Orden. Nicolas Antonio habla de Diego de Alcalá en su artículo particular, y tambien en el artículo *Iacobus* como si fueran escritores distintos.

295. CARMINA IN OBITU MARCHIONIS S. IULIANÆ (Santillana), su autor Gomez Manrique. Acaso hayan sido publicados en este siglo, pues Mexía en el capítulo 27, libro 3.° del *Nobiliario* escribió lo siguiente: *Gomez Manrique en un tratado que fizo metrificado al tiempo de la muerte del Marques de Santillana, etc.*

296. PETRARCHA DE REMEDIO UTRIUSQUE FORTUNÆ, en Castellano, por un traductor anónimo. En la edicion que he visto de Zaragoza, hecha por Jorge Coci Aleman el año 1523, hablando el traductor del Gran Capitan (así era llamado Gonzalo Fernandez de Córdoba por sus hazañas y sus ilustres victorias contra los franceses) dice que esta traduccion fué corregida y enmendada con todo el cuidado que pudo, cuyo pensamiento parece indicar la existencia de otra edicion más antigua. En la misma dedicatoria se hace mencion de la recuperacion de Nápoles por el mismo Gran Capitan; pero yo dudo de qué recuperacion habla, puesto que el Gran Capitan recuperó dos veces á Nápoles en la guerra contra los franceses: la primera vez siendo Rey Fernando II de Nápoles, y la segunda á principios del siglo XVI.

297. LUNARIUM, su autor Bernardo Granollachs, de Barcelona, cuya obra principió en 1448 y dejó de publicarse en 1550. Se conserva en la Biblioteca Casanatense, cuyo dignísimo custodio el P. Pedro Domingo Brini, hombre de exquisito juicio y suma erudicion usó conmigo de la amabilidad que le era peculiar, y él mismo me proporcionó la obra para leerla: su título es el siguiente: *Lunarium, in quo reperiuntur coniunctiones, et oppositiones Lunæ, et ecclypses Solis, et Lunæ per anni circulum. Festa mobilia. Aureus numerus, et litera Dominicalis, et cetera.* Al principio de la página siguiente se lee: *Incipit tractatus multum utilis per circunspectum virum Bernardum de*

Wadingus laudat etiam *Militiam Christianam* eiusdem scriptoris editam Compluti anno 1570., quo tempore iam e vivis excesserat Didacus, utpote qui anno 1517. Deffinitorem generalem, ut aiunt, totius Ordinis agebat. Nicolaus Antonius disserit de Didaco cum proprio articulo, tum articulo *Iacobus*, quasi essent diversi homines.

CCXCV. CARMINA IN OBITU MARCHIONIS S. IULIANÆ (Santillana), auctore Gometio Manrique. Fortasse edita sunt hoc sæculo. Mexia quidem cap. 27. lib. 3. *Nobiliarii.* ita scribit, *Gomez Manrique en un tratado que fizo metrificado al tiempo de la muerte del Marques de Santillana etc.*

CCXCVI. PETRARCHA DE REMEDIO UTRIUSQUE FORTUNÆ, hispanice, interprete anonymo. In editione Cæsaraugustana, quam vidi, per Georgium Coci Germanum anno 1523. alloquens interpres ad Magnum Ducem (ita ob fortissime res gestas, præclarissimasque de Gallis victorias promeritus est appellari a cuiuscumque gentis militibus Gundisalvus Fernandez de Cordova) ait hanc interpretationem maxima, qua potuit, sedulitate correctam, emendatamque fuisse; qua quidem oratione videtur significari editio alia antiquior. In eadem dicatione mentio fit de recuperatione Neapolitana per eumdem Magnum Ducem. Sed hæreo de qua loquatur. Bis enim Magnus Dux Neapolim bello a Gallis recuperavit. Primum Rege Ferdinando Secundo Neapolitano, qui obiit anno 1496., rursus sæculo XVI. ineunte.

CCXCVII. LUNARIUM, auctore Bernardo Granollachs Barcinonensi, initium faciens ab anno 1488., et desinens in annum 1550.. Asservatur in bibliotheca Casanatensi, cuius dignissimus custos P. Petrus Dominicus Brini exquisito iudicio, atque permulta eruditione vir, magnaque semper adversus me usus est humanitate, idem opus mihi legendum præbuit. Inscriptio ita habet: *Lunarium, in quo reperiuntur coniunctiones, et oppositiones Lunæ, et ecclypses Solis, et Lunæ per anni circulum. Festa mobilia. Aureus numerus, et litera Dominicalis, et cetera.* Sequentis folii hoc est initium: *Incipit tractatus multum utilis per circunspectum virum Bernardum de Granollachs Barcinonensem artium, et medicinæ Magistrum ex nobilissima arte astrologiæ extractus.* Extremo opusculi folio hæc monet auctor,

Granollachs Barcinonensem artium, et medicinæ Megistrum ex nobilissima arte astrologiæ extractus. Y en el último fólio del opúsculo, el autor ó editor de la obra advierte lo que sigue: *Notandum quod supradicta tabula coniunctionum, et oppositionum, ac ecclypsium tam Solis, quam Lunæ est facta, et calculata secundum civitatem Barchinonensem etc.* Además de esta edicion que cita Audifredo en el *Catalogo editionum Romanarum* hay otra, segun el testimonio del mismo, que existe en la libreria del canónigo Devoti, hoy obispo de Anagni, más completa, puesto que comienza el Lunario desde el año 1485, en caractéres góticos; pero el impresor es desconocido de todo punto al mismo Audifredo. De ninguna manera me atreveré á impugnar la opinion de aquel que pretenda que sea española la edicion de Devoti. Hay más; no tendrá ninguna fuerza y valor para probar que el autor sea español, el que las observaciones y circunstancias de tiempo sean exactas respecto de la situacion de Barcelona; es evidente y debe confesarse, que los tipos no son italianos, pues Audifredo, muy inteligente en la tipografía italiana, no los conoce; ¿y qué motivo fundado hay para negar que sean los españoles tan versados como el que más en la literatura tipográfica? El ilustre José Teker, prefecto de la Biblioteca Angélica entre los PP. Agustinianos, y verdaderamente aleman por la pureza de sus costumbres, por su amabilidad suma, y tan solícito por su singular erudicion que se mostraba facilísimo y hasta oficioso con todos los que frecuentaban la Biblioteca, y ojalá que este modelo de bondad para con los estudiosos lectores tuviera en otras Bibliotecas fieles imitadores: este prefecto, repito, me presentó tres distintas ediciones de Granollachs, correspondiendo así á mi peticion, y de las cuales ni una siquiera tiene lugar ni año de edicion, ni el nombre del impresor. Todas ellas están en 8.° menor y en todas cesa la publicacion del *Lunario* en el año 1500, pero en una comienza en el año 1497, en otra en 1499 y la tercera, por último, en 1511. Nicolás Antonio en la *Bibliotheca nova* escribió solamente que el autor era Barcelonés y Doctor en Medicina y artes, y le atribuye el *Sumario en el qual se contienen las conjunciones, y oposi-*

---

seu editor: *Notandum quod supradicta tabula coniunctionum, et oppostionum, ac ecclypsium tam Solis, quam Lunæ est facta, et calculata secundum civitatem Barchinonensem etc.* Præter hanc editionem de qua meminit cl. Audiffredus in *Catalogo editionum Romanarum*, alia est ex eiusdem testimonio apud Canonicum Devoti (nunc Episcopum Anagninum) multo uberior, in qua Lunarium incipit ab anno 1485., charactere gothico: typographus vero Audiffredo etiam ipsi est penitus ignotus. Neutiquam audeam improbare illius sententiam, qui velit hanc editionem Devotianam hispanicam esse. Nullam, si mavis, vim, ac robur habeat, quod auctor sit Hispanus, quod observationes, temporumque rationes ad Barcinonis situm sint exactæ: typos certe Italos non esse fatendum est, cum cl. Audiffredus typorum Italorum experientissimus, illos non agnoscat. Quid obstat, quin habeantur Hispani, quorum non est ita peritus vir alias literaturæ typographicæ numen? Clar. Iosephus Teker bibliothecæ Angelicæ apud PP. Augustinianos Præfectus, et morum candore vere Germanus, et eximia humanitate, ac singulari eruditione spectatissimus, ut se omnibus bibliothecam adeuntibus facillimum officiosissimumque præbet (quod utinam humanitatis exemplum adversus literarum studiosos alii aliis in bibliothecis Præfecti imitarentur) mihi de Granollachsio roganti tres diversas editiones porrexit, quarum nulla neque anni, neque loci, neque typographi notatione signatur. Omnes sunt in 8. parvo, atque in omnibus *Lunarium* desinit in annum 1500., in una vero incipit ab anno 1497., in altera ab anno 1499., in tertia denique ab anno 1511. Nicolaus Antonius in bibliotheca *nova* scribit tantummodo Bernardum fuisse Barcinonensem, artium, ac medicinæ Doctorem, atque illi attribuit: *Sumario en el qual se contienen las conjunciones, y oposiciones, los eclypses del Sol, y Luna, Fiestas movibles desde el año* 1488. *hasta el* 1550., *in* 4., sine notatione anni, et loci. Perspicua mihi res est Nicolaum Antonium ex aliorum narratione Bernardi opus novisse, neque laudatæ inscriptionis stylus huiusmodi est, qui ad sæculum XV. possit referri. Unum tantum addam cl. Audiffredum in Catalogo editionum Romanarum asserere dictum *Lunarium esse vernaculo sermone* (italicum intelligo) *exaratum.* Sus-

ciones, los eclypses del Sol, y Luna, Fiestas movibles desde el año 1488. *hasta el* 1550., *en* 4.° sin anotar el lugar ni la fecha de la edicion. Es muy claro que Nicolás Antonio conoció la obra de Bernardo por narraciones de otros, porque ni áun el estilo del título citado corresponde al estilo propio del siglo XV. Despues de lo dicho, yo tan sólo añadiré una observacion: Audifredo en el catálogo de las ediciones Romanas confirma esto que el *Lunarium esse vernaculo sermone* (en lengua italiana) *exaratum*. Sospechando yo de que este hombre docto no recordaba que el *Lunario* que yo habia visto creia que estaba publicado en lengua vulgar, consulté con él, poniendo á su vista la obra, y despues de meditar mucho, no vaciló en afirmar que se conservaba en la *Biblioteca Casanatense* un *Lunario* escrito en italiano, por más que dicho libro no constase anotado en el índice de las obras. Despues de esto tuve ocasion de ver la *Bibliotheca nova* de Nicolás Antonio publicada en Madrid, y el cual no varía nada de lo que habia escrito respecto de Bernardo; no obstante añade: *Liber hic italice versus est in Bibliotheca Coloniana Hispalensis Ecclesiæ typis editus*, con lo cual queda confirmada la opinion de Audifredo respecto del *Lunario* en lengua italiana. Hace muy poco tiempo que vino á mis manos un libro de memorias de los muchos que usé miéntras registraba las Bibliotecas de Nápoles, y en el que tengo anotado, respecto de esta obra, lo siguiente: *Granollachs Bernardus de* (Bernat) *tractatum edidit astronomicum, ubi prædicit ecclypses Solis, et Lunæ ab anno* 1490, *usque ad annum* 1550. *etc. Tractatus incipit ita*: De la nobilissima art, e sciencia de Astrologia e stat tret lo present Sumari *in* 4.° *sine loco et anno (mihi satis probabiliter sunt Barcino, et annus* 1490., *seu potius* 1489.*). Præcedit Kalendarium lingua quoque gotholaunica, sub cuius singulis mensibus notantur ea, quæ ad corporis valetudinem, atque agriculturam spectant*. Hé aquí una edicion española, pero no la primera de la misma obra, por lo que llevamos dicho en el curso de este capítulo.

298. In nomine Domini Amen, *Tabula composita a domino Alberto de Ferrareis utriusque iuris Doctore de Placentia super infrascripto opusculo de Horis Canonicis in modum, ui sequitur*. Este es el título de la obra. Y por final de ella *Laus Deo*, como se describe por Francisco Javier Laire en el índice de libros desde la invencion de la Tipografía hasta el año 1500 publicado en

---

picatus cl. virum non satis sui memorem, Lunarium Casanatense a me visum lingua vulgari exaratum credidisse, eumdem consului, Lunarium ipsum ante oculos ponens: hæsit imprimis vir doctissimus, multa postea animo revolvens, non duvitavit mihi confirmare, asservari in bibliotheca Casanatensi *Lunarium* etiam italice scriptum, etsi illud in librorum indice non inveniatur notatum. His denique exaratis videre mihi licuit bibliothecam *novam* Nicolai Antonii editam Matriti, ubi nihil immutat eorum, quæ de Bernardo scripserat: addit vero, *Liber hic italice versus est in bibliotheca Coloniana Hispalensis Ecclesiæ typis editus*, quo cl. Audiffredi sententia de Lunario vernaculo sermone exarato splendide confirmatur. Insuper ad manus mihi nuperrime venit scheda quædam ex plurimis, quas, dum Neapoli bibliothecas lustrabam, confeci, in qua de hoc Lunario hæc notata habeo: *Granollachs Bernardus de* (Bernat) *tractatum edidit astronomicum, ubi prædicit ecclypses Solis, et Lunæ ab anno* 1490. *usque ad annum* 1550. *etc. Tractatus incipit ita:* De la nobilissima art, e sciencia de Astrologia e stat tret lo present Sumari, *in* 4., *sine loco et anno (mihi satis probabiliter sunt Barcino, et annus* 1490., *seu potius* 1489.*). Præcedit Kalendarium lingua quoque gotholaunica, sub cuius singulis mensibus notantur ea, quæ ad corporis valetudinem, atque agriculturam spectant.* En editionem certe hispanicam, immo vero non primam eiusdem operis ex superius dictis.

CCXCVIII. In nomine Domini Amen, *Tabula composita a domingo Alberto de Ferrareis utriusque iuris Doctore de Placentia super infrascripto opusculo de Horis Canonicis modum, ut sequitur.* Hæc est operis inscriptio. Et eiusdem finis, *Laus Deo,* prout describitur a Francisco Xaverio Laire in Indice Librorum ab inventa typographia ad annum 1500. edito Senonibus 1791. Est volumen in 4. cum 27. foliis: pagina prima constat ex 29.

Sens en 1791. Es un volúmen en 4.° con 27 fólios: la primera página consta de 29 líneas y la segunda de 28, carece de signaturas y reclamos, los tipos son elegantes y hermosos. *Manus*, dice Laire, *vere coæva scripserat*, *folio primo.* Esta obra fué impresa en España en la ciudad de Tolosa.

299. De libris Amadisianis. Hablando Nicolás Antonio en el apéndice de la *bibliotheca nova* dice, que el sexto libro de esta fabulosa historia lleva por título: *El sexto libro de Amadis de Gaula, en que se cuentan los grandes hechos de Florisando*: fué publicado en Salamanca el año 1510, y alguno de los cinco primeros libros pertenece tal vez al siglo XV. Ciertamente el muy erudito Quadrio, en la obra titulada *Storia, e della ragione d' ogni poesìa* publicada en Milan el año de 1749, tomo 4.°, libro 2.° dist. primera, cap. 3.° afirma que fué publicada en Valladolid el año 1501 la historia de unas fábulas que se titulan *Historia de los nobles Cavalleros Oliveros de Castilla etc.*

300. Cartas de Fernando del Pulgar (en número de 14) sin lugar, impresor ni año. El escritor de la vida de Fernando juzga que fué anterior á 1500. Tal vez esta sea otra edicion distinta de la nuestra que está en la biblioteca Alejandrina, en la cual se hallan tambien las coplas de Mingo Revulgo, y las cuales de ninguna manera fueron publicadas juntamente con las cartas, segun el testimonio del mismo autor de la vida de Fernando.

301. Carmina Hispanica variorum, tomo en fólio, con excelente papel, sin lugar, año ni impresor. Están en la biblioteca del Escorial, segun afirma el autor de la vida de Fernando Perez de Guzman, y á la cual precede la obra titulada *Generaciones, y semblanzas*, publicada en Madrid en 1771. Al principio, segun el citado escritor, se lee: *Prologo hecho a la Señora D. Francisquina Bardaxi, Muger del magnifico Señor Mosen Juan Fernandez de Heredia Gobernador de Aragon por Ramon de Llavia.* Por el principio de este prólogo, creo que se puede formar prudente conjetura acerca de la fecha de esta edicion. De la familia novilísima y verdaderamente real que lleva el apellido de Heredia, muchos fueron los que se llamaron Juan; pero en este lugar no se admite duda que hace referencia á Juan Fernandez de Heredia, quien segun el testimonio del célebre historiador Zurita, era Gobernador de Aragon el año 1481, cuyo cargo novilísimo dejó de desempeñar

---

lineis, ultima ex 28. caret signaturis, et custodibus: character est elegans, et rotundus *Manus*, ait Lairæus, *vere coæva scripserat folio primo:* Tolosæ Hispaniæ urbis impressum.

CCXCIX. De libris Amadisianis, disserens Nicolaus Antonius in appendice bibliothecæ *nove* ait, sextum librum eiusmodi fabulosæ historiæ inscriptum: *El sexto libro de Amadis de Gaula, en que se cuentan los grandes hechos de Florisando* editum fuisse Salmanticæ nono 1510. Quinque ex prioribus aliquis pertinet fortasse ad sæculum XV. Immo eruditissimus Quadrius in opere *Storiæ, e della ragione d' ogni poesia* edito Mediolani anno 1749. volum. 4. lib. 2. dist. 1. cap. 3. editam fuisse affirmat Pinciæ anno 1501. similium nugarum historiam, quæ dicitur *Historia de los nobles Cavalleros Oliveros de Castilla etc.*

CCC. Cartas de Fernando del Pulgar (sunt num. 14.) sine loco, typographo, et anno. quem priorem esse censet anno 1500. scriptor vitæ Ferdinandi laudatus pegina 81. Fortasse est editio alia a nostra Alexandrina, in qua sunt etiam carmina Minghi Revulgi, quæ minime dicit auctor vitæ Ferdinandi edita fuisse simul cum literis.

CCCI. Carmina Hispanica variorum, in fol. præstanti charta, sine loco, anno, et typographo. Extant in bibliotheca Scorialensi: uti testatur auctor vitæ Ferdinandi Perez de Guzman, quæ præit eiusdem operi inscripto *Generaciones, y semblanzas* editio Matriti 1771. Initium ex laudato scriptore ita est: *Prologo hecho a la Señora D. Francisquina Bardaxi, Muger del Magnifico Señor Mosen Juan Fernandez de Heredia Gobernador de Aragon por Ramon de Llavia.* Ex hoc prologi exordio, editionis ætatem coniectura prudenti assequi fidenter mihi sumo. Plures fuerunt ex nobilissima, vereque Regali familia *Heredia* viri, qui Iohannis nomine vocati sunt; hoc vero loco nihil dubitationis habet commemorationem fieri Iohannis Fernandez de Heredia, qui ex fide præclarissimi historici Zuritæ Aragoniæ Gubernatorem agebat anno 1481., quod etiam amplissimum munus obibat anno 1503., quo tempore renuntiatus una cum aliis fuit Imperator militis Aragonensis in

el año de 1503, en cuya época, habiendo renunciado este cargo, fué nombrado general del ejército Aragonés enviado á la Calabria y á la Pulla. Yo ignoro qué causa habria (como no fuese su avanzada edad) que le impidiese aceptar aquel cargo, pues un hijo suyo fué enviado en su lugar. El año, pues, 1503 Francisca Bardaxi y Juan Fernandez de Heredia, tenian un hijo en la edad adecuada para que se le nombrase general del ejército. Si pues Francisca fué única y exclusivamente esposa de Juan, la edicion de estas obras poéticas parece que deben pertenecer al siglo XV.

502. Fori, sive leges a Ferdinando Tertio incolis oppidi Heznatorafe concessæ, en 4.° Segun Bayer *en las adiciones y correcciones*. Iznatorafe (los antiguos le llamaban Heznatorafe, segun Bayer) es un pueblo que pertenece á la diócesis del Obispado de Jaen, y en lo temporal al Arzobispado de Toledo, segun Martin de Ximena en la obra: *Catalogo de los Obispos de las Yglesias Catedrales de la Diocesi de Jaen etc.*

503. La Exposicion del Pater noster, *por el Obispo de Salamanca* (á saber por Diego Deza del Orden de Predicadores) sin lugar ni año. Segun Nicolás Antonio en la *Bibliotheca nova*. Yo no dudo que esta exposicion de la oracion Dominical haya sido publicada en el siglo XV. Segun el doctísimo escritor Pedro Fernandez del Pulgar, part. 3. *Theatri Clericalis, Apostolici, et sæcularis Ecclesiarum Hispaniæ,* hemos conocido á Deza ántes del año 1500 en Salamanca, en otras ciudades más importantes y más ilustres. Por lo tanto más razon hay para que se suponga que fué el Prelado de aquellas iglesias y no el de Salamanca el autor de la obra publicada en el siglo XV.

504. Dialogus Ecclesiæ, et Synagogæ sive *pro Ecclesia contra Sinagogam*, por un autor anónimo, dada á la imprenta por Gonzalo García de Santa María, llamado Diego de Mendoza, Arzobispo de Sevilla. Segun Nicolás Antonio en la *Bibliotheca nova* edicion de Madrid, en la palabra *Gundisalvus*, y el cual nota que al principio de la obra se lee: *Acuite sagittas,* y al fin: *Expliciunt obiectiones, sive redargutiones Ecclesiæ contra errores cuiusdam libri, qui dicitur Talmut.* Habla tambien Nicolás Antonio de la misma

---

Calabriam, atque Apuliam transmittendi. Cum vero res nescio quæ (exactæne ætatis incommodum?) imperandi muneri suscipiendo impedimento esset, in eiusdem locum filius suffectus est. Anno igitur 1503. Francisca Bardaxi, et Iohannes filium ætate commoda habebant, qui copiarum Imperator crearetur. Si ergo Francisca unica, singularisque fuit uxor Iohannis, editio horum carminum ad sæculum XV. pertinere videtur.

CCCII. Fori, sive leges a Ferdinando Tertio incolis oppidi Heznatorafe concessæ, in 4. Ex Bayerio *in addendis, et corrigendis*. Iznatorafe (veteres fortasse Heznatorafe dicebant si non fallit Bayerius) nobile est oppidum ad sacram Episcopi Giennensis ditionem, temporalem vero Archiepiscopi Toletani pertinens; uti testatur Martinus de Ximena in eruditissimo opere, *Catalogo de los Obispos de las Yglesias Catedrales de la Diocesi de Jaen etc.*

CCCIII. La Exposicion del Pater noster, *por el Obispo de Salamanca* (scilicet Didacus Deza ex Ord. Prædicatorum) sine loco, et anno. Ex Nicolao Antonio in bibliotheca *nova* edit. Matrit. Nullus dubito, quin hæc Dominicæ precationis expositio edita sit sæculo 15. Ex doctissimo Scriptore Petro Fernandez del Pulgar part. 3. *Theatro Clericalis, Apostolici,* et *sæcularis Ecclesiarum Hispaniæ* novimus Dezam ante annum 1500. ex Salmanticensi ad ampliores alias, atque illustriores Ecclesias fuisse provectum. Potiori ergo iure, magisque proprie harum Ecclesiarum, quam Salmanticensis, Antistes nuncupandus erat Auctor libri editi sæculo 15.

CCCIV. Dialogus Ecclesiæ, et Synagogæ, sive *pro Ecclesia contra Sinagogam*, auctore Anonymo, sed quem typis mandavit Gundisalvus Garzia de S. Maria, atque nuncupavit Didaco de Mendoza Archiepiscopo Hispalensi. Ex Nicolao Antonio in bibliotheca *nova* edit. Matrit. verbo *Gundisalbus,* notante eius initium esse *Acuite sagittas*, finem vero *Expliciunt obiectiones, sive redargutiones Ecclesiæ contra errores cuiusdam libri, qui dicitur Talmut.* Disserit iterum Nicolaus Antonius de eodem opere in *Anonymis*. Suspicatur Bayerius,

obra en los *Anonimos*. Bayer sospecha que el autor fué Cipriano Beneto ó Benito, por testimonio de Echard y de Quietif, y que fué publicada en Roma en 1515. *Aculeum contra Judæos* juntamente con un tratado *de non mutando Paschate* que, á juzgar por ciertos signos, no hay duda que las impuras manos de un atrevido ladron han arrebatado el *Acculeo*. Advierto que Diego de Mendoza, Arzobispo de Sevilla, murió el año 1502. Segun Ortiz de Zúñiga en los *Anales de España*.

305. SUPER FOROS, ET OBSERVANTIAS REGNI ARAGONIÆ, su autor Martin Pertusa. Segun Bayer en sus notas al cap. 16 del libro 10, y por el testimonio de Franckenau, autor de *Themidis Hispaniæ*; pero Franckenau, si no me equivoco mucho, tan sólo habló de las obras manuscritas de Pertusa.

306. EL SATREYANO, obra que consta de 5500 octavas, cuyo asunto es el amor honesto y deshonesto, por Martin Caro del Rincon. Segun Bayer en sus notas al cap. 16, libro 10, en el cual pregunta si el poema citado es manuscrito ó publicado.

307. PANEGIRICO EN ALABANZA DE LA MAS CATHOLICA PRINCESA, Y MAS GLORIOSA REYNA, LA REYNA D. ISABEL NUESTRA SEÑORA. Su autor Diego Guillen de Avila, el cual escribia esta obra en verso ántes del año 1500. Segun Nicolás Antonio en la *Bibliotheca nova*, edicion de Madrid. Acaso este libro haya sido publicado aparte de otro del mismo autor que tiene por título: *Obra compuesta en loor del Reverendissimo Señor D. Alonso Carrillo Arzobispo de Toledo*, dado á luz en Valladolid en la imprenta de Diego Gumiel el año de 1509; tomo en fólio: máxime teniendo en cuenta el testimonio de nuestros historiadores, que convienen en que Isabel la Católica bajó al sepulcro el año de 1504.

308. CLAROS VARONES, su autor Fernando del Pulgar, juntamente con 31 cartas del mismo; tomo en fólio, sin impresor, lugar ni año. Existe en la Biblioteca de Mayans; segun la nueva edicion de la misma obra hecha en Madrid en el año de 1790, se considera que esta es la principal edicion que se hizo viviendo el autor.

---

auctorem fuisse Cyprianum Benetum, seu Benedictum, testantibus Echardo, et Quietifo, eumdem edidisse Romæ anno 1515. *Aculeum contra Judæos* simul cum tractatu *de non mutando Paschate*. Videre *aculeum* hactenus non licuit, quamvis non semel legerim tractatum *de non mutando Paschate*; a quo, ut ex signis manifeste ostenditur, audacissimæ manus impurissimi furis aculeum divellerunt. Præmonebo tantum, Didacum de Mendoza Archiepiscopum Hispalensem obiisse anno 1502., ut testatur Ortizius de Zuñiga in *Annalibus Hispalensibus*.

